



Descriptio urbis Rheno-Trajectinae, aliaque, ad res praesertim Trajectinas spectantia

<https://hdl.handle.net/1874/388974>

77:12

21

40
Frov.
Allen. hof
N^o 3

Aevum medium.
Scriptores historici.
N^o 93^A

Kst. V, pl. G
N^o 21

799 (*Hist. 93.*) *Charta.* 4^o. 176 pp. *Saec. XVIII.*


Arnoldus Buchelius, *Descriptio Urbis Rheno-Trajectinae aliaque ad res praesertim Trajectinas spectantia, excerpta ex inedito ejus MS. diario (a Pt. van Musschenbroek).*

Excerptum ex opere praeced., typis impressum Trajecti ad Rhenum anno 1801. Acc. P. van Musschenbroek, Aanteekeningen uit het Album van Arn. Buchelius etc. 22 pp. in fol. — Antea in Archivo provinciae Ultrajecti. — Cf. Tijdschrift voor geschied. van Utrecht, uitgeg. door P. J. Vermeulen III (1849) p. 69 vv.

Nova querant alii nil nisi prisca Peto
was het devis van Mont. Petrus.

A rechercher les nouveautés
La plupart du Monde s'applique
Pour moi, touchez d'autres beautés
Je n'ai du goût que pour l'antique.


Avec Menage in Menagiana 1. D. p. 232.
3^e d'ed.




Afgegeven krachtens machtiging
van de Minister van Binnenlandsche Zaken
dtd. 10 Mei 1901.

S. Muller








Descriptio
Urbis Aheni-Traiectinae,
aliaque, ad res praesertim Traiectinas
spectantia, excerpta ex inedito M.S.
Arnoldi Büchelii
Diario.

gedrukt te Utrecht, 1801.



Descriptio

Urbis Rheno. Traiectinae,
aliaque, ad res praesertim Traiectinas
spectantia, excerpta ex inedito M. S.

Arnoldi Büchelii

Diario.

Ultraiectum Portas habet quatuor; ad solis ortum
Albanam, a Virginum propinquo Coenobio appel-
latam; ad meridiem Selenariam, ubi Rhenus ur-
bem influit, sed nomine tantum Rhenus; ad oc-
cidentem Cathariniam, in proximo nimirum olim
Catharinae Monasterium, quod deinde ad for-
sam novam contra Brigidarum Coenobium trans-
latum; ad Septentrionem Insularem.

Albanae insculptum epigramma, vel potius
insigniorum Caroli V. Imp. emblemata, quo eum
auctorem portam iam ruinosa renovandi fu-
isse, constare poterit.

Inter hanc et Selenariam, cum anuri essent
debiliores, et antiquitate ruinae minarentur,
moenia vallibus aggeribusque munitionibus fir-
mata sunt. Meo quoque tempore, ante octo
fere annos, duo terrea propugnacula ibi multis
civium labore et sumptibus erecta fiere, multo.

rūm tamen iudicio improbata ob magnitudinem,
et quod nisi magno praesidio teneri non possent.
Ante annos aliquot, cum agerem in Gallis,
mirum prope Hieronymianam Paedagogiam,
ruinam meditantem, penitus deicerant cives
terreūque aggerem latissimum, pulseris arbo-
ribus iam diu conditum, terreo limbo confirma-
runt.

Post haec aliud occurrit munimentum trian-
gulare, ex cocto lapide firmissimum, nam, praeter
ter muros, & vel 6 pedum latus, pyramidatim
adscendentes, et aggeres terreat, in inferiori par-
te caveae sunt tubissima confugia, et ex quibus
irumpentem hostem maxima clade afficere,
dependentium omnino damno, licebit. Hinc
Solis inditum nomen, ubique ex vivo lapide Solis
effigies, et epigramma, quod Macropeii esse
volunt, tale:

Ary solis dicor, flagrans fulgore conisco, 1526.
Dura silex hosti, tuta omnis scatis.

Et patria lingua haec: Sonnenburgh is mynen naem.

Anno 1527 was ik volmaect tegen den vanden etouwe bep.

Inde ad turrim et craterem Sarravianum,
recauratum Anno 1516, vallis olim aut agger,
me puero, factus, multo at parum utili aut fir-
mo labore, quare opus illud ridiculo nomine
Verloren kost dictum, quod sumtus impendi

3
minus útiles pro perditis haberentur, nam ali-
quoties post ex infirmo fundamento ruinas vidimus.

Hinc sequitur Porta Felonia, pulcro opere reno-
vata, auspiciis Caroli V. Imperatoris; ad formam
monimenti Solis, ab utroque latere, circumferen-
tiamque monimentis, Lunae versus Orientem,
cum Lunae effigie, et disticho:

Aux dicor Lunae, magni soror indyta Phoebi, ¹⁵⁵⁰
Saeva et trux hosti, civibus innocua.

Ad occidentem Fortis, cum armato ex lapide
vivo viro, suo quoque notatum epigrammate;
Martis quoque nomen habet:

Hic belli Deus atque ferox dux praesidet, hostis! ¹⁵⁵⁶
Cur ultra duro praelia Marte cies?

Ad invicem, intra muros, turris est excelsa
et rotunda, speculationi accommoda, Securitate.
nam vocant, et vulgo Bijhaüwerstoon; ibidem
vestigia veteris portae ac murorum apparent.

Uterius unum propugnaculum terreum, si-
mile illis, quorum iam nemini, eodemque fere
tempore factum.

Eminet deinde Castrum Pacis: sed prius de-
scribenda Turris, quae est media inter Felonia-
riam et Catharinariam, ea Ferraria vocatur,
non debile prioribus temporibus, quae nondum Sei-
tonicorum prodissent fulmina, monumentum;
portarum obstructarum apparet ibi facies, nescio,

an ibi olim exstiterit; platea, recte quae hinc
imminet, ampla et locus non impropius. Haec
ibi inscriptio:

anno dñi m° c° 1145.
xxlv° Regis Conradi
vii. Eps̄i Heriberti vi.
factum est hoc opus.
a Prefecto Alfredo
ad munimen suorum
civium et ad honorem
Civitatis Traiectensis
amen.

Et paulo infra cum insigniis Caroli V. Imp.

Joēs Tereminda,
quīs, olim Castri
Traiecto. Gubernator,
obit a. 1536 Bredae
sepultus. Epi.
bapt. apud
Sweet. fol.
356.

Atque iterum Caroli renovatum tempore Quinti,
Ex Teremindai placito qui praefuit urbi
sed quimilleno subscriptis un triginta.

Mirus hic firmissimus, idemque antiquissimus,
ex topiario vel punico lapide, quem nostrales
drijssteen, quasi drijssteen, dicunt.

Hinc continuū portae Catharinae castrum

Et reliquias ca. Pacis, Vredenburg populari lingua appellatum
Ibi, quod olim
munitionem quod Carolus Imp. Austriacus, dominus Traiect.
et ab Henrico
ctensium, quo jure, qua iniuria affectus, ut dicit.
Vianio, Prae:
iū concordiae rationem haberet, vel ut libera.
Si, in Velandia, affictos in officio retineret, anno MDXXVIII
ad Vechtam
contra Amste. exstiteri curavit. Castrum illud fortissimum
Eius conditum, pulcherrimumque, opere non dissimili a Solis Lu.
Carolus V. Traie.
cti arcem pacis
condidit.

naeq̃e munitio, sed firmiore; fossae erant ex
tremas profunditatis, adeo ut etiamnum vix imple-
antur. Hoc quoque fuit epigrammate notatum:

Arx dicor pacis, a quinto condita Carlo, ^{1529.}
Statis grata bonis, sed ferrea virga malignis.

Proxima est porta Catharinaria, quae novum opus ^{an. 1626}
postularet, paene ruinam aliquoties veritas. ^{circa Aug. p.}
fossae altiores, nam hic ager depressior versus ^{fecta nova p.}
landiam; mûri et tûres usque ad Insularem por- ^{ta ex lapide}
tam recentiores, facti vel restaurati, ut habet ^{vive magna}
inscriptio, anno a Christo nato MDXLV. Occurrit ^{molis et sum-}
primam turris pulveraria, in qua pulvis tormen-
tarius perpetuo conficitur.

Hinc turris Caballina, Eques ibi cum epigrammate:

Ex hac sede ferop duro desore Caballus ^{1542.}
Procedet, muros, hostis, adire cave!

Ad occidentale Hospitalis, sive Insularis, portae ^{versus hi pler-}
latus munitum est Stellae, tribus iam dictis ^{que a Macro-}
Solis, Lunae et Fortis simillimum. Insigne huic ^{peoio fact-}
Stella, cum epigrammate: ^{pro Singulis}
^{vero dicitur}
^{ipsi, ut fertur}
^{numeratus}
^{thaleris im-}
^{perialis.}

Matutina vocor Stella, hostibus incho cruentis
Urbis et exorta luce nitente latus.

Insularis porta, quae Amsterodamensis a pluri-
mis vocatur, et suburbium habet, muris fossisque
munitum, hac inscriptione aureis literis, sed si-
gientibus, et plurimis deleris, notatur:
Aeternitati.

D. Carolo V. Rom. Imp. Aug. p. p. cuius auspiciis con-
cordia in urbem reducta est ante actorumque ob-
vio instituta S. P. Q. Fr.

Intra Insularem portam et Albam duo etiam
extra muros terrea munimenta vel propugnacula,
culla, eiusdem cum tribus Supradictis formae, ma-
gnitudinisque, ad eodem tempore effecta; suntque
ibi aliquae turres, propugnaculi vice; insignita
est et hoc carmine:

Hostis, si quaeris rigidos evertere muros, 1537.
Occidare capro, Cornu ferit ille, cavebo.

Ab Albana ad turrim secundam, quae cincta est
terres muni mure:

Si lupus innocuo non parcat subdolo agro,
Nec tibi parcat, ab his moenibus, hostis, abi!
retro Vestreni aedes.

Ursus in his fossis plantas sedit, cave tangas
Moenia, sed procul hinc praecipitatus gradus.

Sequitur versus Insularem:

Ut leo suppliciter stratis mitascere fertur,
Sic et in obstantes subit fortiter usque ferociter.

Domus angularis vici Ierosolomitani, iuxta Ape-
lium, de Hoolhorst dicta, aedificata a. MDXXIII.
habet hanc inscriptionem in frontispicio:

Stet domus haec, donec fluctus formica marinas
Ebibat, et totum testudo perambulet orbem.

mentis eius Est inde celsa admodum turris, obtusa vocata, cui
est in lateris publicis ante
annum 1480. Plompentoorn, ubi secundus fluvius, qui fossa
nova dicitur, civitatem expeditur, et paulo post

veteris se coniungit fossae aquis. Sunt hic domus,
horti non inamoeni, Subpraetoris habitationi dudum
destinati.

Sequitur turris Vulpina hoc disticho notata:

Angulo in hoc sese pronens percallida Vulpes, 1537
Ne paret insidias hostis, utrimque Cavet.

Proxima portae Albanae Canis habet symbo-
lum. Epigramma vix potui legere; est autem tale,
quantum oculis consequi potui:

Pervigil his abiens duris latratibus hostem
Moenibus apellet: cedere praestat, abi!

Haec Civitatis Traiectinae magnitudo, portae,
moenia, turres et propugnacula in circuitu:
ad reliquam eius descriptionem procedimus.

Templa habet, Canoniorum Collegium decorata
quinque. Summum Templum D. Martino, Tu-
ronensi olim Episcopo, sacrum, Dominum vocant,
peculiariter Germanorum vocabulo; in ruinis pri-
mum templi D. Thomae extructum, quod demo-
litum; post reditum in urbem Baldericus Clivi-
us magnificentius aedificari iussit qui et ibi
Roma transtulit corpora Divorum Benigni,
Pontiani, Agnetae.

Balderici illius instauratio incidit in annum
966. deinde ab Adalberto in manus antea
fere, qua nunc videtur, forma, idque anno 1011.
Stiano MXV. quamquam Henricus Vianus quae.

dam addere et superbius augustiusque red-
dere anno MCCXXIII. incepit, tamen, praeter
magnifici istius conatus fundamenta, et imper-
fectas reliquias, nil videmus; incertum, morte
praeventus, an sumptibus deberritus fuerit magni
ille animi Praesul. In rudibus illis imperfe-
ctis versus turris, quae ad cubitus aliquot ex-
surgunt, hi insculpti leguntur versus:

ABEL. Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

CADN. Sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrum.

Hoc vero templum tantae est amplitudinis ac
molis, ut pauca cum hoc comparanda cense-
am in tota Belgia, ne dicam, et verius, Europa.
Turris etiam miranda, tam architecturae,
quam molis ac altitudinis ratione, de qua
meritissimo illico dixeris elogio:

Existit turris longe pulcherrima mundi,

Dinumeranda inter Creticis spectacula septem,

Argentoratensem celebrent alii, et orbis quae
miraculum suspiciant, subtilior haec forsan
et artificiosior, inferior tamen, meo quidem
iudicio, aequalitate et commoditate: quadrin-
gentis fere gradibus ex uno lapide latissimis,
sine ulla periculo commodissime ad summum
usque ascenditur, quod in Argentoratensi sen-
cus est. Tres habet ambitus, ex quibus vicina
omnia, civitates et oppida, pagos, summa

cum voluptate intuentium, oculis enumerare
 licet; ad inferiorem ambitum yoda in turri sa:
 cellum amplissimum, D. Michaeli archigenio o:
 lin sacrum. Huius fundamenta iacta anno
 Christiano M. CCC. XX, ut habent- Annales Fred:
 rici Zurichii Episcopi 3^o perfecta M C C C L X X X I I.
 Florentii Revelichovii IV. indicant hi versus ibidem
 in lapide excisi:

M. ter C. bis X. semel I. Paulique Johannis
 Turris adaptatur, qua Traiectum decoratur.
 Et hoc vulgari lingua Carmen rhythmicum, quo
 tempus incepti simul et perfecti operis contine:
 tur.

Doe men sreeff M. CCC. XX. ende een
 Werd van myn geleit den eersten steen
 Ald men sreeff M. CCC. twee ende tachtig
 Was ik volmaect soe men siet waerachtig.

Ad templum revertar, in quo Collegium XL.
 Canoniorum, ab initio a Willebrordo institut:
 tum cum Episcopali sede, et quamvis a morte
 Bonifacii usque ad annum M. C. XII Traiectinus
 Pontifex insula, primariaque auctoritate a
 Pontifice Coloniensi (Maximo Pontifice consen:
 tente) praeter ius privatus sit, Godebaldus
 tamen Frisius perditum ius a Pontifice Max.
 recepit, suisque restituit Successoribus.

Ad turrim hos legi versiculos Sertonicos
 paene fugientes:

Jan van den Dom was zynen naem
Dre mij aldus begost bequaem.

Non procul ab exitu templi occidentali, in pariete
 to est marmor paene detritum ambulantiū
 pedibus, ubi haec leguntur:

M. ter C. bis X. Semel I. Pauligne Johannis.
 et in marmoris limbo: Johan vanden doeme die den
toeren begoste heeft.

Alim etiam hoc in templo plurimae Divoniarum
 Reliquiae monstrantur, vique, ad exemplum
 Agrippinensium, singulis sexstennis, quatuor-
 quaedam ponderoso auro argenteque inclusae.
 Pontiani loculum vix quatuor ferebant viri, ex
 puro argento; ex solido etiam argento Benigni
 constabant et Agnetis; Servatoris etiam na-
 scentis incunabula, ex auro purissimo, multis
 gemmis ornata; cuius item maxima argentea.
 Nunc nihil ex his reliquum, praeterquam inanis
 memoria; partim nimirum in nummos con-
 flata, partim varie distracta, mutato religionis
 cultu perire.

Organicum etiam extat ornamentum opti-
 mum, summis sumtibus, aere Cornelii Hieropi
 Archiprestyberi, perfectum.

Vide Carmen In hoc templo initio anni M. D. XLVI. Comi-
 Cor. Valerii ad tis Torquatis Carolus Imp. V. ad viginti Italiae,
 Adr. Marium his Germaniae, Hispaniae et Sclandoniae regulos in
 Geln. Cancoll. Germaniae, Hispaniae et Sclandoniae regulos in
 Poemat. A. Sco. amplissimum velleris aurei Collegium adoptavit.
 relii additum.

Tabula ibidem ad huius rei memoriam suis.
 pensa literis deauratis, lingua Gallica, cuius
 haec sunt verba: L'an xv^e. xxvj. ij de Mai
et les iours ensuivants sont celebres les solem-
nitez de l'ordre du Toyson d'or, Style Traiectensi.

Sequuntur deinde, qui huic Ordini fuere adscri-
 pti, quorum insigniis addita nomina. Sunt
 haec, quae sequuntur:

- Maximilianus, Bohemiae Rex.
- Inigo Lopez de Mendoza Dux de L'Infantasgo.
- Fernandus Toletanus Dux Albanus.
- Comes Medices, magnus Hetruriae Dux.
- Emanuel Philibertus Princeps Piemontius.
- Octavianus Farnesius Dux Camerinus.
- Enriques Dux Nagerius.
- Fredericus Comes Susterbergius.
- Ioachimus de Arie.
- Philippus Lannoius Sultanus Princeps.
- Pontus Laleinus Bignicourti Dynasta.
- Lamoratus Eymotidus Princeps Gauriae.
- Iacobus Comes Lignyus.
- Claudius Vergius Baro Chaplittus.
- Philippus Lalaicus Comes Hoochstratus.
- Maximilianus Burgundus Marchio Veranus.
- Iohannes Lignyus Arenbergus Comes.
- Petrus Eusebius Comes Mansfeldius.
- Petrus Verchinus Hannoniae Praefectus Senescal.
- Iohannes Lannoius Dynasta Molembasius.
- Petrus Cordona Friae Comes.

In Chori ambitu maioris templi hoc legitur
epitaphium:

Henricus ex Viana dcccxxvij Ep̄s. Traiect.

Qui nova praecelsi iecit fundamenta templi
Praesidium vrbant extruist hic populo.

Vir placidus, recti custos, virtutis amator,
Tempore quem nullo laus reticenda manet.

Non procul a templi porta occidentali sub tui,
vi legitur epitaphium vulgare, non iniucundum
temporis simplicitate:

Daer men gaet nae Sinte Salvatoor,

Onder den Domstoorn daer voor

Men bootsapt van Jesus,

Daer leggen drie die heten aldus:

Henricus Gruter, Reimburg, Mechtels.

Maria neempse in u gewelt.

M. CCC. LXXX en drie

Soo sijn sy als ick besie.

Abbat Basilica Episcopalis, quam a Carolo
Martello conditam olim Guicciardinus in de-
scriptiōne Belgiae author est, multoties restan-
tata a diversis Episcopis, ac praecipue a Davi-
de Burgundo. Hoc in loco castrum Romanum
antiquitas fuisse volunt, nec procul ibi fons
praeborianus; post quem et alius Promerbur.

q̄i, cum plateis eiusdem nominis. Nihil t̄io
 affirmo, orato nimium famae credere tam
 constanti, quam incerta refellere. Hoc unum
 ridiculum arbitror, ex Garde, Gallo-Franco
 recenti vocabulo, fundamentum struere, ut
 ipsi volunt, firmissimum, non ex Romana Ci.
 vitate illud, nec a Francis quidem, nisi
 posterioribus temporibus usurpatum, qui,
 cum conductores huius urbis, pura pura Ger.
 manica, ut patria, lingua utebantur. Eua
 autem occasione Gallicum illud verbum Ci.
 vitate nostra donatum sit, ignoro, aut quo
 tempore, nisi posterioribus a Gallis militi.
 bus hoc loco in praesidio positus, et ab Episco.
 pis mercede conductis, remansisse credam.

Contiguum fere summo templo, et prope
 Servatoris, sacellum est exiguum, sed anti.
 quitate venerandum, nam antiquissimum
 esse huius in locis des sacratum aedificium,
 ego ex coniectura S. Crucis esse puto, ad quod
 Servatoris templum et Collegium a Winifido
 episcopo fundatum referunt annales, idque
 a Willebrordo Anno a Christo nato DC. xcv.
 dicatum, quod quidam ad S. Crucis templum
 extra portam Albanam referre voluerunt,
 nunc vero D. Victoris nomine indigitatus.

no. Lindan. in
praefat. Exort.
ad Holland.

Hic olim D. Odulphi Brabantii Sepulcrum, sum-
ma Fraiectonibus veneratione culti, cuius nos
procul hinc aedes (erat nimirum Canonicus
Saluatoris) monstrantur, hoc disticho memori-
am sui viri, qui vixerat tempore Alberici Epi-
scopi circa Annum Christianum DCC.XL, re-
colentes:

Odulphus, sacrum quem clara Brabantia ab Orchet
Misit ad hoc templum, habitavit presbyter aedes.
Restauravit autem illud D. Victoris sacellum
postremum, ut habet inscriptio ante portam;
Hanc Capsellam novam fieri fecit Petrus a
Steinen Praepositus huius Ecclesiae Anno
M. CCCC. XXIII.

Proximum est spatium temporis et loci Tem-
plum Servatoris ~~hactenus~~ sacrum, hactenus
vetus Monasterium, vulgo Oudemünster appel-
latum, cuius auctor olim fuerat D. Bonifaci-
us, qui Collegio 40. Canoniconum illud ab initio
honestaverat, plurimi hic Episcoporum sepulti;
vidi aream eius, locum quo steterat, cuius pars
iam stabulo destinata videbatur. Crypta hic
sacra antiquorum more, in qua ^{solim} vigiliae Con-
stantianorum, ubi Sepulcrum Frederici, Episcopi
Fraiectini, ob animae integritatem sub missae
sacrificio a duobus latronibus ante aras ibi,

dem occidi, miraculis, ut ferebatur, clarum;
tectum erat illud lapide marmoreo sudante,
quod a vulgo tamquam religiosum colebatur,
cui nempe naturae miracula occulta.

De Phocis sive Toecis hanc inveni inscriptionem,
eorum antiquitatem testantem: Anno
M. CCC. XXXV. in vigilia S. Michaelis Archangeli
consecratum fuit altare in Ecclesia S. († In huius anni nota procul dilata error est. v. Dr. kenb. a. ant. op. de Werk. Oudh. p. 120). x.
Salvatoris Traiecti, quod eiusque tabulam
et pretiosi operis monstrantiam Venerabilis
vir Magister Gerardus Toec, quorundam huius
Ecclesiae Decanus, eidem Ecclesiae donavit,
ad laudem et honorem omnipotentis Dei
Domini Salvatoris.

Ad tertium veniam templum, Canonico
num Collegio decoratum; id D. Virgini sacrum,
Fundator, eius existisse ferunt Henricum
IV. Imp. nam cum idem Imperator, ob Mediola.
num templumque ibidem augustissimum Mariae
Virginis existum, quasi sacrilegii conscientia
tactus, alibi ex voto novam D. Virgini aedem
erecturum se constituisset, auctor ei fuit Con.
radus Silevius Episcopus, ut Traiectinam ea urbem
ornaret, quod et factum est, curante eodem
Episcopo. Huius rei cum Annales Italorum
non meminerint, et Mediolanum post illud

tempus a Frederico excisum constet, Gucciardi-
 nis foundationem huius templi reiecit contra
 auctoritatem veterum monumentorum. Item
 templum omnium est ultimum Collegiatorum,
 quare eius Canonici postrema ferre solebant
 suffragia. Ad parietem est depictum simile
 cum S. Henrici Imp. eius nominis II. cui sub:
 scripti hi versus:

Henrici effigiem lector venerare secundi,
 In coelum meritis qui sibi fecit iter.
 Cui divina dedit pietas expellere morbos,
 Atque fovere hominum vota piisque precos.
 Omni labe carens, observantissimus aequi,
 Romano hic quondam praefuit imperio.
 Rettulit in numerum Divorum Papae secundus
 Eugenius, sacris instituitque coli.

Quartum, collegio Canoniconum celebre, tem-
 plum est D. Petri, Apostolorum principis, sa-
 crum, cuius conditor Bernulphus, vigesimus
 Praesul Traiectensis, qui, ibidem sepultus,
 multis hactenus clamasse miraculis fertur.
 Hoc templum cryptam habet, antiquitatis
 indicium. Ad parietem sinistri lateris tem-
 pli, literis vulgaribus eius saeculi:

Servens divinis hic Petrus floem tumulatus,
 Iuribus in binis et in artibus hic graduatus.
 M. cum ter quinis, dum C. quater est memoratus
 Hinc vitae finis, Damasi stat ad astra locatus.

Quintum et ultimum Collegium Canonicorum templum habet D. Joanni Sacrum, a Bernulpho item Episcopo conditum, loco amoenissimo, variisque arboribus tamquam silva condito, Marcialibus deambulationibus notissimo.

In sacello huius templi septentrionali Vasenariorum est sepulcrum e lapide vivo, Wassenariorum insignis ornatum, levatum a terra pedes pl. 3. ubi parieti inscriptum hoc epigramma legitur: Burgravius natus Leydensis, hic generatus
praepositus, protonotarius Papae, Theodonicus de Was-
senae urgetur hac sub tumba, rogemus quod
Deus et homo eius deceffit ab anno M. semel,
I quinque, bis ter X, C quater, inquit Marci opthuona
det ut vitae sibi dona.

Tota olim urbs in quatuor parochias divisa, una quaeque suum habet templum, quae etiam, nunc exstant, Sacobium, Civile, Gertrudis et Nicolai.

Sacobium situm est in septentrionali urbis parte, non ita procul a porta Indulari; tumulum habet tecto in acutum desinente artificio. So, quae Hispanorum ex Arce Pacis ictibus paene considerat, ut versus Teutonicus hic indicat, post restorationem adscriptus:

Anno M.D.LXXVI.

Hebben de spaignaerts mijn groot leet gedaen,
Maer Gode versacht dat ick noch bleef staen.

Secundum Civile vocatur, in Civitatis medio D. Virginis et Michaëli sacrum. In vitro, Züglensium a Zevender sacello vicino, Collegii Calandri sodales exprimentur, suis insigniis adjectis. Collegium hoc institutum ad odia vicinorum familiarumque dissidia dirimenda. Calaigner est gheri, aut dissidia serere. Gilbertus Cognatus in Burg. sua scribit, Collegium Calandri apud suos Burgundos esse, quod nomen a Calendis habet, quod singulis Calendis sodales ad sacra coirent. Ego vero originem causamque eius Collegii nostri huius haud diffimilem arbitrarer. Inscriptio est: 1541. Het brüerschap van de Calander.

Tertium non procul a Turri Ferraria, D. Gebrüdi sacrum.

Quartum D. Nicolao consecratum olim. In hoc sodalitas nostrae Virginis ter Hood Goodt, cuius procurator Jan Jansz. van Oldendiel ut Epno 1534. Horologium ibidem fieri locatum anno 1581. 9 Martii 950 flor.

Est et hic Teutonicorum Equitum familia, nobilitum tantum, albis hi olim palliis induti, et cruce, ni fallor, rubra insigniti. Honorum praefectus et familia Fatiorum ab

Emerongia; fuerunt ante illum Egmondia.
 nus et Loo, nobilitate admodum uterque fami-
 lia. Hi olim extra urbem agebant eo loci, año M. CC. LX.
 ubi sacellum d. Annae sacrum ad mea usque
 tempora stetit. A Johanne vero quarto Her-
 culano, Praesule Traiectensi, Mis facultas
 data in urbem transferre domicilium, eo in stabulo
 loci, ubi etiamnum visitur, magnificentum Episc. anno
M. CCC. XLVI.
 ac regium aedificium, principibus quoque
 recipiendis destinatum. Vocantur hi Equi-
 tes Mariani a simbolo et instituto. Votum
 de non nubendo faciunt, centum florenos
 annuos conferunt, donec vixerint. Si ani-
 mus est Hierosolymas proficisci, sumptibus
 ad hoc iuvantur.

Initium habuerunt ad Ptolemaidem
 tempore Henrici VI. Imperatoris, quem
 Chronicon Martinianum Quintum vocat
 Anno Christiano M. C. XC. XIII kalend. Decem. vide Hist. Magd.
Eccl. Cent. 12 c. 6.
pag. 541.
 tribus, autoribus quibusdam Bremensibus
 ac Lubecensibus civibus, qui, magnis sum-
 ptibus aedificato Xenodochio in usum eorum,
 qui familiae insererentur, post cum nume-
 rus crevisset, colonias inde in Germaniam
 deduxere. Gubernatio deinde familiae ante

praefectura attributa cuidam Henrico Walpoldio
 qui primis munitis Magistri obiit. Novem Colo-
 niae in Germania auctae opibusque dilatatae
 in tantum plere, ut Frederico II. Imp. Prussiam,
 et aliquanto ante dironiam, domitis barbaris,
 imperio suo adiecerint. Henricus a Saltra
 Borussia occupavit, eoque tandem potentiae
 pervenerunt, ut cum potentissimis principibus
 de imperio certaverint, Ducisque nomen et
 Principis assumerint: adeo a parvis initis
 magna saepe imperia accrevere, et pietas epi-
 quis ac modicis instituta, magnis vero op-
 pressa opibus.

Magnorum Magistrorum Catalogum ad-
 dam, ex vitreis fenestris Aulae Teutonicae
 descriptum:

[cf. Matth. Ana.
 lect. 5 p. 849.]
 w.

1. Henricus a Walpold.
2. Otto a Kerpen.
3. Hermannus Bart.
4. Hermannus de Saltra.
5. Conradus.
6. Boppo ab Otterna.
7. Hanno de Sangershausen.
8. Hartmannus ab Helderlingen.
9. Burchardus a Swenden.
10. Conradus a Feuchwang.

11. Godefridus Comes ab Hoentoe.
12. Sifridus a Feuchwang.
13. Carolus Beffart Trevirensis.
14. Wernherus ab Ortele.
15. Ludolphus Dux Brunsvicensis.
16. Theodoricus Comes ab Aldenborch.
17. Ludolphus Rex.
18. Henricus Tusemer.
19. Vinnicus a Knippenrodt.
20. Conradus Solner a Robenstein.
21. Conradus a Valenrodt.
22. Conradus a Sünzingen.
23. Ulrichus a Sünzingen.
24. Henricus Comes a Plaen.
25. Michael Küchenmeister a Steinberg.
26. Paulus a Rützdorf.
27. Conradus ab Ellerichusen.
28. Ludovicus ab Ellerichusf.
29. Henricus Reusf.
30. Henricus a Richtenberg.
31. Martinus Trüpfel.
32. Dux Saxoniae et Misniae Marchio Fredericus.
33. Albertus Marchio Brandenburgensis.

Invenio quoque Gerardium van Langen M^r.
 in Duytscher en Welschen Landen Duytscher
 Ordens, circa Annum M. CCCC. X. vel circa.

- Primus Praefectus huius Ordinis in Traiecto
temporibus Godofredi ab Hoerlo et Conradi
Seuchwang, Magnorum Magistrorum fuit
Antonius Ledersachius, qui obiit aō. 1266.
2. Segerus van de Sluyse de Steusden, obiit aō 1279.
 3. Theodoricus vander Horst, obiit aō. 1283.
 4. Gijbertus van den Ghoy, obiit aō. 1286.
 5. Ludolfus de Hun, obiit aō 2. 1288.
 6. Theodoricus ab Hollandia Regis Rom. Wilhel.
mi fil. nat. obiit 1312.
 7. Herbertus de Drongeten, obiit aō 2. 1325.
 8. Johannes de Hoerhorst, obiit aō 2. 1340.
 9. Gosuinus de Ganaer, obiit aō 1357.
 10. Ludovicus de Kestwijbe, obiit aō 1360.
 11. Rutgerus de Ulmerdchem, obiit aō 2. 1362.
 12. Regnerus Hoenius, obiit aō 2. 1371.
 14. D. Hendricus de Hoerhorst, obiit aō 1379.
 16. D. Henricus de Opbuieren, obiit aō. 1407.
 17. D. Johannes de Samle, obiit aō 2. 1437.
 18. D. Swederus Cūbbinck, obiit aō 2. 1440.
 19. D. Hermannus van Keppel circa annum
1440, obiit aō. 1442.
 20. D. Albertus Vorstinus, obiit aō. 1452.
 21. D. Theodoricus Enghusius, obiit aō 2. 1463.
 22. Johannes Haeften, obiit 1464.

[* apud Matth.
Anal. F. 5 p.
900 insertus
hic Gerardus
Soluber van den
Enge, qui obiit
aō 1405, a Bū.
chelis perfecti
matronem, ut
videtur, omis.
suo.] w.

23. D. Nicolaus vander Duffen, obiit aō. Domini 1476.
 24. D. Hendricus ab Harvoort, obiit aō. 1477.
 25. Johan van Drongelen Land-Commandeur van
 de Balye van Utrecht van den Duytschen
 oreen 1487, obiit aō 1492.
 26. D. Godwinus de Rossum obiit aō d. 1504.
 27. D. Stephanus de Luylen de Niveelt obiit aō
 D. 1527.
 28. Wauterus Amstel van Ninen, obiit aō. 1536.
 29. D. Albertus de Egmont Meerestein, obiit aō 1560.
 30. D. Franciscus van der Loo resignavit, at obiit
 aō. 1592.
 31. D. Jacobus Faets ab Amerongen, obiit in fine
 1612.

Sunt quoque Joannitae, qui quidem ex
 Rhodiorum Equitum cum sua corpora mili-
 tiae sacrae non praebent, sed pecunia redimunt,
 iamque sacerdotum ordini adscripti sunt, Prae-
 fectum suum Balivium vocant, qui plures Prae-
 fecturas, Commendaturas barbare dicunt,
 sub se habet. Aedes horum ante LXXV. annos
 erant, ubi tunc arx pacis et structa, translatae
 cum templo satis sumptuoso ad fossam novam.
 Templum perfectum Praefecto
 Bis recidisse fertur, antequam sum-
 ma ei manus imponeretur. Prima horum
 fundatio incidit circa annum Christianum
 M. CC. Fuit hoc in loco, ubi et nunc est, ad
 plateam novam, Hospitale Catharinianum,

prope fundatum templum quoque renovatum
 perfectumque, anno, ut habet inscriptio, M. D. LXXII
 sub Praefecto Henrico Berckio. Ante templi
 portam interiorem scriptum hoc legitur: A.º Dom.
 M. D. XXXI. haec facta sunt. Ad chori vero for-
 nices: Anno millesimo quingentesimo vige-
 simo quarto perfecta est haec testudo. Item
 ad templi summi fornices tectaque:

Sene procurante Balivo 1551

Bernardo a Düven roseus color indicat annum.

Templum est amplum et perspicuum, fene-
 stris vitreis egregia pictura ornatum. Chori
 porticus, quem vocant Hocksael, sustentatus
 marmoreis varii coloris columnis, sculptura
 non ignorabilibus; capitella columnarum ex
 Sijdis lapide. Sepulcra ibidem spectantur
 partim aliunde translata, partim ibi de
 novo constituta.

Mendicantium Ordinum sunt Minores,
 qui et Franciscani ab auctore, et Praedica-
 tores, qui Dominicani dicti sunt.

Minorum Coenobium prope forum Anse-
 rinum fuit, pars eius exstat, et Ordinum
 nuper Confederatorum, nunc Traiectendi,
 viro concessum dicata. Templum vero peni-
 tus demolitum meo tempore, ante annos

decem. Fundatum referunt Annales an.
no Christiano M. CCC. X. a vidua Domini
de Ema, filia Domini Arquetii. Nunc area
aedificiis occupata, et coemiterii pars in
vicum Felingium (Anatum id genus, quereque
dula latins) mutata.

Ordo vero Fratrum Minorum a Francis.
sco, Agisius Umbriae oppido oriundo, initium
habuit, tempore Innocentii tertii, Pontificis
Romani, Anno M. CC. VI. ut auctor Mark.
nus Polonus. Ex hoc Ordine multi viri
docti prodierunt, ut Bonaventura, qui
multa in quatuor libros Sententiarum
comentatus est. Vidi horum sigillum ru.
bra in cera, nobilitum instar, non mendic.
antium, forma ovali.

Alterum Mendicantium Ordinum Mo.
nasterium est Fratrum Dominicanorum.
Initium hi habere iisdem fere temporibus,
quibus Franciscani, tempore Innocentii
III. Pont. Max. Anno vero Domini MC. XCVIII.
auctore Dominico Hispano. Praedicatores
vocantur ab officio. Jacobitas etiam no.
minatos scio, causam aut originem nescio.
Sunt (inter quos Carrionis augmentator,
nescio an Melanchthon) qui nomen illud

ad auctorem summi sceleris, ut qui Im-
peratorem, sacrosancto mysterio corrupto,
occiderit, referunt. Bernensium quoque
Monachorum tragedia apud Helvetios
invidium multis et contemptum hinc fecit
ordinem. Confirmatus autem ab Honorio
III. Pontif. et utile admodum ab initio ho-
rum fuit institutum, ex quibus multi
tamquam firmissima propugnacula hae-
reticis oppositi. Nostri autem Coeno-
bi auctorem volunt fuisse Guillelmum,
Regem Romanorum et Staffordiae Comi-
tem (in vitis eius insignia adhuc spe-
ctantur) qui persuasus ab Alberto Magno
illud fundavit. Nunc aliquot ^{ante} annos
templum eversum, area cum ceteris Mo-
nasterii aedificiis profano usui applica-
ta, et iam pridem Sericariis occupata;
nunc domunculi ibi aliquot erecti, et via
facta est satis commoda, cum a Gallis
peregrinis, ibidem habitantibus, nomen
inditum.

Suere et Carmelitae, sed admodum
infrequentes, et aliorum Ecclesiasticorum
opibus verius, quam suis sustentati.

Abbatia in urbe unica, a Bernulpho vice-
simo Antistite ex monte Amersfortiano,
quem Sacrum appellatum invenio, eo loci,
ubi nunc est, translata ab Anfrido, XVIII.
Antistite, Benedictini ordinis instituto pri-
us fundata in Hoechorst a. 1006. Est regia
paene structura opibusque laetis. Templum
S. Paulo dicatum.

1. Anfridus Episc. ob. 1009. 2. Warnerus Ab-
bas 1028. 3. Adelbertus ultimus in monte
Sancto et l. in Fraiecto 1050. 4. Gerritus
vixit 1116. 5. Bartoldus 1117. 6. Willebran-
dus a. 1118. 33. Wibrandus a. 1133. 7. Hen-
ricus a. 1138. 42. 8. Hildebrandus Abbas
a. 1173. 78. 9. Waddeverus Abbas a. 1196,
cuius meminit Odofr. in Annal. 10. Ni-
colaus 1200. 11. Warnerus 1221. 12. Walters
1228. 13. Solomarus 1238. 14. Henricus
1248. 15. Henricus Abbas a. 1253. de Amers-
foort, vixit adhuc a. 1292, quando obiit.
16. Johan de Cleyne a. 1300. 1298. 17. Jo-
de Nucia 1304 ob. 1311. 18. Henr. de Colon.
19. Henrick van Rieckelee een weinig baerna
1319. 22. 20. Henricus de Wolffhege 1321.
21. Gerberdus de Cralichem 1326. 22. Jaco.

Bus de Coelen 1332 . 23 Hermannus Wolf
1339. 43. met het Schito van Sijphacs de Seli.
kerk. 24. Hendricus van Bockhout 1348.

[x Sic numerus
in M. S. sic se ha:
bet, sed hanc di:
bit erronee] w.

52. 55. 25 Theodoricus de Arnem^x 1335. resign.
aō 1371 ob. 26 Johan van Oey 1363 ob. 1380 .
27. Henricus de Rhene 1388 . 28 Henricus van
Poelwyck aō 1399, obiit post resign. aō 1415 .
29 . Arnoldus de Leydis 1407 . 19. resign. ob. 1421 .
30. Gerardus de Damasco 1422 . 26 ob. 1431. 31 Ar-
noldus Faets, electus 8 Junii 1433. 32 Willem
van Heuckelum aō. 1451. Vicarius Generalis
Episc. Traiect. 44. 51. 33 Jacobus Poelgeest,
qui aō. 1458 fit Antistes Eymondanus ob.
1462. 34 Johannes Clauwert 1460. ob. 1492.
35 Jacobus vander Stoye, primus in Refor-
matione Abbas ob. aō. 1494 die 18 m. April.
36. Guil. de nova Ecclesia 2^{us} in reform.
37. Matthaeus de Goch 3^{us} in reform. 38.
Gerardus di nova Ecclesia 4^{us} in reform.

In templo Paulino legi sequentia epi-
taphia. Ad sinistram Chori latus in la-
pide Benthemico : A^o Domini 1494 die 18
mensis Aprilis obiit reverendus pater D^{ns}
Jacobus de Steech, Abbas huius Monaste-
rii in reformat. primus.

A^o D. 1521 die 12 mens. Augusti ob. re.

ver. pater D. Wilhelmus de nova Ecclā, Ab-
bas huius Monast. in reform. secundus.

A. D. 1536 die 15 Februarii obiit rever. pater
D. Mathens de Goch, Abbas huius Monasterii
in reform. tertius.

A. D. 1572 die 12 mensis Augusti ob. R. P.
D. Gerardus de nova Ecclā de Velna, huius
Monasterii Abbas in reformatione quartus.

In lapide caeruleo pavimenti: A. D. mil-
lesimo tricentesimo octogesimo octavo, octa-
va die beati Martini, obiit venerab. pater
Henricus de Reno, huius Monasterii Abbas.

In lapide Bentheimio ad extremam tem-
pli partem sub turri: Int jaer ons Steren
1474 des Sonnendaechs nae S. Lebūjn
sterff Timan Monwer van Steersel, En-
de wāth Joffrou Alijdt sijn Wiff.

In pavimento: Dit is de grafstede van
Willelm van Bommel ende sijn erfgenaemē,
Rijk van Boekhoven ende Alijdt Pau-
wels dochter sijn Ruyjsprouwe.

Int praeterea Coenobium Canonicō:
rum Regulariūm, ut vocant; medii hi-
generis inter Presbyteros, Canonicos et
Monachos. Veterum nempe Canonicorum
Collegia fuere hoc modo instituta, ut com-
muni mensa uterentur, certisque quō-

busdam regulis adstringerentur, unaque domo, ut omne religiosi habitarent. Ex qua communitate dicti Κοινοβίου, ut pluribus probat Speculator de Divinis Officiis, huius etiam auctor pro Decretalibus Turrianus. Ornamentis hi paene Canonorum utebantur. Atonum domus nunc conversae ad Orphanorum usum, addita fundatoris Loudenbalchii memoria, quae talis:

Erert van Loudenbalch Canonik ende Theoder in den Dom t' Utrecht, heer der heerlijk: Ureck ende Emeloost in Westfriesland, fundator der armen Weeskinderen.

Anno fere M.D. hic aedes Orphanorum fundaverat cum templo D. Elisabethae sacro, cuius adhuc reliquiae exstant prope forum equorum et castrum Pacis. Aedes vero Senatibus, litium diuidentiarum causa a Carolo V. Imp.

Fuit curia ad institutum, occupavit anno 15. . . cum ante Basilicam episcopalem propter pestem translata in Saubenburgio, eo destinasset, et etiam Rhegnum ad aedes Magnificas eius aedes ac principe dignas eo usum superbis columnis et statuas accommodaverat, sed pace Gandae veni reversus Rhegnum suas aedes, ut erant leges pacis, sibi restitui impetraverat, et alio translatus Senatibus. (sed v. p. 59.)

Fuit curia ad institutum, occupavit anno 15. . . cum ante Basilicam episcopalem propter pestem translata in Saubenburgio, eo destinasset, et etiam Rhegnum ad aedes Magnificas eius aedes ac principe dignas eo usum superbis columnis et statuas accommodaverat, sed pace Gandae veni reversus Rhegnum suas aedes, ut erant leges pacis, sibi restitui impetraverat, et alio translatus Senatibus. (sed v. p. 59.)

Nunc ad Vestalium et nobilium Virginum
 Sacrarum aedes perveniamus. Duae sunt
 in urbe, Servatianarum et Albarum. Anno
 1227, mutata nigra veste, griseum habitum
 acceperunt, inulta earum praefecta Stulin-
 da. Harum, scilicet Servatianarum, cum
 templo D. Servatio sacro fundavit Vilipren-
 dus Oldenburgius xxxv. Episc. Traiect. ibi
 demque sepultus est anno M. cc. xxx. Mo-
 niales ex Abbede in hunc locum transulit.
 Antistitam habent et Abbatiae titulum.
 Nunc iis, quemadmodum omnibus aliis,
 libertas nubendi concessa, annuoque con-
 du ad vitam etiam negotiae gaudent.

Albarum Virginum cum templo aedes
 prope Albanam portam. In templo hoc le-
 gi epitaphium: Domicella Aleydis Gru-
 ter fundavit hic vicariam btae Mariae
 et omnium Sanctorum. Abbatiae titulum ha-
 bere quidam negant, ut nec Mae, quae
 ad viam Albanam Monasterium, vulgo
 Dominarum, habitare solent.

Sunt praeterea Virginum Sacrarum plu-
 rimae aedes, ut Caecilianarum in foro Bo-
 ario.

Jerusolymitanarum, quarum Monasteri-
 um olim ad suburbia Insulensium, ipsa

die Petri et Pauli Apostolorum aō. M. CCCC.
 a prandio, tempore belli Civitis a Civibus Tra-
 iectensibus ~~epitaphium~~, et eo loci, ubi nunc
 translatum, ubi tunc erat diversionum publicum
 cum, quod Egnondanium appellabatur. In
 templo est nostrum sepulcrum cum sarcophaga
 go, in quo quiescunt ossa sororis meae Johan-
 nae Büchelliae, cui hoc feci epitaphium:

Hoc epitaphium
 a Suerzio et alio
 nonneminē editum
 in monim. Belg.
 quod tamen ob
 causas lapidi
 incisum non fuit.
 (v. S. Suerzii Select.
 Orbis Christ. delict.
 p. 734.)

D. O. M.

et
 Aetern. mem.

Janae Büchelliae puellae dilectae.
 cuius formae venustas, morum suavitatis
 et
 indolis praeter sexum, praeter aetatem
 miraculum
 invidiam Parcarum excitavit.

Vixit ann. XIII. M. III. integros
 sorori cariss. et amantiss.

Arnoldus Büchellius Batavus Tr. moestiss.
 non sine lacrimis P.

Bockenbergius aō. 1478 adhuc extra urbem
 moenia fuisse scribit, quod nescio an verum.
 Fredericus Episc. Trai. Margarethae de Gro-
 nevelt dedit licentiam aedificandi mona-
 sterium extra muros civitatis aō. 1419. 2
 Decembris, et inde consensu Magistratus idem
 monasterium in urbem traductum in eum
 locum, ubi hospitium Sienrodiorum, aō. 1515.

Sunt et Brandolinae ad viam Romerburgi
 Regulares clausae, quarum templum, S. M.
 Virginibus Sacrum, fundatum ab Abrahamo
 de Dolon, unde nunc vulgo Brandoli vocant.
 Domus S. M. Virg. ord. de poenitentia S. Fran.
 cisci Abr. Dole Civis Fr. Christina ux. eius
 et Jac. F. pater eius fundatores cum consensu
 Fr. de Blanckenheim D. Oct. 1412. fuit ibi an-
 te domus Dromenburch, cuius possessor Joh.
 Droom.

Item prope templum S. Nicolai sunt, quae ab
 Agnetis Virginis nomen habent.

In templo Agnetis, quod est in coemeterio
 S. Nicolai, legitur sequens epitaphium fun-
 datoris: A. M. V. C. 11. obiit D. Henricus a Doijen.
 burch pater van desen Huyse ende fundator
 van dese kercke.

Hic vicinae, quae Nicolae vocantur, ubi
 hanc inscriptionem legi: Hoc templum aedifi-
 cavit dñs in laudem et gloriam magnifici
 aoris eius A. 1512. et in fornice Chori haec la-
 guntur: A. XV. C. XVI perfectum est templum S.
 Agnetae, quod et mons Calvariae dicitur, in
 honorem Dei Omnipotentis. Erat ibidem ante
 summum altare marmor caeruleum Reveren-
 di Dni Laurentii de Herboze, Episcopi Ebronensis
 et Suffraganei Ultraiectensis, qui obiit
 anno 1538.

Brigidarum quoque Monasterium et Virgi-
nes habet et Monachos, disiunctim at vicini habi-
tantes, quo in loco olim Hospitale, S. Virginis ad
vineam in veteri valle vocatum, fuit, quod initi-
um habuit circa annum Christi M. CCC. LXXVIII.

Onijhr. Chron.
Eoel. 1370.

In literis A. M. D. XVIII cum pridem restaurasset
chorum, legi hoc exordium: My Sufter Margriet

Haec Brigitta
ex Suecia orium:

da 8 liberos ha-

luit, 4 mares et

4 feminas; insti-

tuit ordinem sui

nominis.

van Tsoekhuyt mater ende Broeder Jeronimus

Borchgarte pater ende tyemeen Convent des

cloosters van Marien Wijngaert, sinte Brigitte

gemeenlyck binnen Utlecht &c.

Est et Monasterium D. Magdalenae sacrum

Sorum Converterarum, id est, ubi mulieribus ve-

neris aditus patet. Hic sepulta Maria van der

Mijl, cuius hoc olim fuit epitaphium: Hier

lyt begraven Joffrou Marie van der Mijl, Wedu-

we wylen heren Albert van Loo, ambachts hee-

re van Hodenpijl, raet vertijts van Keyserliche,

namaels van de Conincklike Majest. finance.

xi April 1572. Albertus van Loo Brugellis

sepultus, ubi tale ipsi positum epitaphium: Gy

gist Mons. Albert van Loo S. de Hodenpijl, en

son vivant Conseiller et Comis de finances de

l'Empereur Charles le V. et depuis du Roy Phi-

lippe son fils, qui mourut le XIII. de Decembre

1552. et Mademoiselle Maria van der Mijl sa

Compaigne &c.

Est in platea Brigidiana Oratorium trium
Regum, olim gladiatoribus aliisque ludis
comiciis concessum, ubi hoc legi epitaphium,
fundationem huius paene designans: In
den jare 1463. den XIII Septembris is Gysbert
van Dackerweert de eerst in dese kerck be-
graven.

Contra Servationas modicae sunt aedes,
iunctumque sacellum, ubi quondam Wolphas-
dum Bredersdium habitasse ferunt. Hic cum
Senatus edicto caveretur, ut quisque urnas
coriaceas, ad incendium extinguendum singu-
lis in domibus civium ordinatas, in medium
proferret, atque, ut aestate torrida fieri so-
lis est, ad aedium tigna foris suspenderet,
ipse se hoc facturum negavit, atque iterum
admonitus, veluti Senatus illudens, depingi
ante aedes suas curavit, ut etiamnum vide-
ri possint.

Haec Virgines Herculanæ deinceps sibi
emerunt, deinde Geinenses habitant.

"ob varias inci-
siones multum
a. 1558 sibi hoc
construxerunt

Est quoque in urbe locus undique cinctus,
et templo quoque ornatus, quem curiam Regum
narium vocant, quae hic habitant, viduae vir. vult, quod et S.
ginesque promiscue; voluntariam quamdam re. Marie haze ve-
gulam sibi imposuerunt; disiunctim habitant catus.
habent tamen praefectam. Conforunt hae

quidquid tota contingit in urbe, adeo ut Sena-
tum Elagabali illuc translatum diceret. De-
quinarium vero nomen a superstetiosa illa haer-
esi remansit, quae olim totam paene German-
iam faldae pietatis simulatione infecerat.
Haec originem habuit circa annum 1341 sub
Joanne XXII Papa Rom. et Ludwico IV. Imp. da-
mnaturque Clementin. legum lib. V. tit. III. c. 3
Ad notatum. Vide et Bernardum Lützel in Catal.
Haeret. in litt. B. Habitus illarum exprimitur
in Theatro Mulierum cum brevi descriptione,

Nosocomia sive Valetudinaria in urbe duo
sunt praecipua. Catharinianum, cuius curam
gerit Balivus sive Praefectus Joannitarum,
eodem fere tempore cum templo Cathariniano
conditum: Et novum, cui nomen Leonis mons,
vulgo Leeuwenberch, quo cives, qui peste infe-
cti, curari deberent. Hoc non ita dudum con-
ditum a nobili femina Agneta Leeuwenber-
ge, cuius ibi insignia spectantur, cum his
versibus Sæntonicis:

fuit haec vidu.
a Stephani de
Rutenberch.

Leeuwenberch is hier opgelesen
Door Joffrauw Agnes van Leeuwenberch gepresen,
Tot behoef des borgers met peste begraest
Die worden alhier gespijst ende gelaeft.

Non procul hinc vetus nosocomium peste
olim laborantibus destinatum, nunc vacuum
ac paene ruinosum.

Estant quoque Xenodochia virorum omni-
 licumque, senio de re pitorum. Sancti Spiritus
 aō. M. CCC. LXX. Wilhelmus ab Abbeida de
 Nijst fundavit hospitale S. Apolloniae, via
 ferraria, aō. M. CCC. LXXVIII. cuius nomen
 nunc in D. Bartholomaei mutatum.

Hospitale S. S. Matthiae et Margaretae
 fundatum a dno Gijberto de Walentorch 1^o
 Praeposito Leideni aō. 1367 in vigilia pal-
 marum.

Sunt et infinitae fere per totam urbem
 domunculae, habitationi pauperum a piis
 hominibus concessae, addito annuo vel men-
 stuo censu. Has vulgo Gods Cameren vo-
 cant, quales Praepositus summi tempore Mi-
 ropius duodecim testamento fieri curaverat.
 Curatores pauperum, consentiente senatu,
 ex aedibus Regulorum has confecerunt, et hoc
 epigrammate notaverunt:

Has aedes Reverend. D. Cornelius a Mirop
 Praepositus et Archidiaconus Traiect. ex
 pia erga pauperes liberalitate fieri cu-
 ravit.

Et Utbenengius, Scholasticus D. Petri, duo-
 decim domunculas fundavit ad usum pau-
 perum; vocant Hospitale XII apostolorum,
 non procul a porta Albana, ubi haec in-
 scriptio legitur:

Rverendus et Generosus Dominus Jaco.
būs ab Utenenge Decanus Ecclae S. Petri
Traiectensis ad honorem Dei Servatoris
nostri nec non beatae Mariae Virginis
et Sanctorum duodecim Apostolorum
hoc Cenodochium fundavit a^o 1569.

Est ad forum frumentarium hospitale Jaco.
baeorum, ad usum Collegii vel congregationis
eorum, qui D. Jacobum Compostellanum in
Hispaniis voti causa adirent, quos peregrinos
vocant. Habet id Collegium ibi domunculas,
pauperum habitationi destinatas. In templo
habent Collegae sua insignia, picturas et in-
scriptiones, inter quas haec legi: Doemen las
1532 Gysbert van Wyck ende Cornelis van Ben-
them gegeven dit perck, ende Antonis Cornelisz.
van Benthem en Jan Cornelisz. van Benthem
zyn ingecomen in't jaer 1558. Doemen schreef
M.V^o xxxii gaf Hans van Duinkercken Stat.
trumpetter t'Utrecht en Margarita syn huysst.
dit paro. Ick leer altyt. Duin kercken et Her-
manns Hermanni fil. Toninc Gertmisdij. Upo-
ris. A^o 31.

Atque haec, quod sciam, in urbe sunt, vel
meo tempore fuerunt. Collegia, templa, Mo-
nasteria, sacella, Cenodochia.

Superioribus addi debet, quod Everardus

Pollio, Syndicus Ordinum, bona fere omnia dedit pauperibus, ut mendicantium licentia cohiberetur, cuius testamenti executores eius rei causa aedes emerunt in coemeterio Nicolaiano, in quibus pueri variis operibus exercentur, cum hac inscriptione:

Mr. Evert van de Pol, Advocaat van 't Land Utrecht, habende de Tedscheit, heeft dit werckhuys opgerecht, tot onderhoudinge der geonre, die liever met wercken haren cost winnen, dan met ledige bedelerie; dedere makende syne Erfgenamen. aō. 1602.

Restant Scholae, Hieronymianae vocatae, a monasterio Hieronymitarum, ex cuius aedificiis olim factae, mortuis iam monachis. Ad hoc templum Hieronymitarum, quod armamentarii vice est. Ex iisdem quoque aedificiis domus pauperum, in qua pauperes, qui studiis invigilarent, habitarent, confecta, his verbis notata:

Hieronymianum pauperum
Scholasticorum Collegium
castructum mense Julio A.º 1550.

Hi, post annum 1600 cum Collegistis D. Wil. Brordi coniuncti, nunc iisdem in aedibus habitant. - De Magistrat tract heeft de Schole eerst van den Bisshop aō. 1576 en van den Capit.

tūlen afgevoordert en tot Synen lasten genomen.
 Habitant et hic Rector Scholae et alii Ma-
 gistri Scholares. Macrope diu in instruenda
 iuventute diligentia non parum celebra-
 tis huic Scholae addidit; in omni nempe li-
 terarum Scientia doctissimus fuit, quod testi-
 tissima eius scripta etiamnum docent; na-
 tione Brabantus, civitate Silvaeducensi ori-
 undus, professione Monachus Hieronymi-
 tanus, totam aetatem docendo consumpsit,
 Rector Scholae celeberrimus.

Cornelius quoque Laurimannus non mini-
 mam ex hac laudis reportavit, doctus vir
 et suis non ignotus.

Et meus Praeceptor Reinerius Sarcenius
 corruptam hac temporum pravitate iuven-
 tutem docendo, instruendo, non sine fructu
 se exercuit, vir bonus et doctus, philosophiae
 amantissimus, quorum utinam maior esset
 numerus, aut minor vitiorum.

Est quoque Collegium Willebrordianum,
 ubi tenet e plebe pueri et adolescentes ad
 studia aluntur, optimo sane instituto et
 utilissimo. Hoc cum primum esset retro Cel-
 litas, loco incommodo, translatum inde fuit
 a. 1551 in domum Laet de Werelt de Wa-

rest syn, non procul a scholis; et hinc non pro-
cul a platea Campi, ubi nunc est.

Est quoque ex veteri instituto Collegium San-
dapilorum, qui etiam, ut religionis aliqua
specie tenerentur, quamvis sacerdotes non sint,
coniunctim habitant, et familiae suae pa-
trem quemdam habebant, et templum D. Ale-
xis sacrum, vestibus a cetera plebe oblongis
discernebantur. Horum minus erat mor-
tuum corpora ad sepulcrum deferre, et peste
infectos insidere et curare. Vernaculum ho-
rum nomen Cellebroers.

Vidi quoque rotundum templum Equi-
tum Hierosolymitanorum, cannigerorum,
que patrum; hoc simulacrum esse ferebat
templi Hierosolymitani, aut saltem san-
cti sepulcri. Effigies horum Equitum cum
totulis ibi suspendere videbantur, quod reli-
gionis mutatione eversum. Insula eius
domibus privatorum occupata.

Pontes in Urbe plurimi; et, ut a Telo.
nia porta exordiar, Vetus fossa hos habet
lapideos: Telonium, Fulloniarum, Gertrui-
dis, Ferrarium, Regulariorum, Romenburgi,
Praetorium, Martiniarium, Piscarium, Pala-

tinum Bavaricum, (quem a Guilielmo Bavaro Romanorum Rege ac Hollandorum Principe denominatum volunt) Pistorum, D. Joannis, Pecuarium, Jacobacum et Insularem.

Ad novum flumen (fossam novam vocant) pontes sunt Servatianus, D. Magdalenae (a monasterio) Vici Schalcani, D. Brigidae, Paulinus, S. Martini agger, ubi fluminis curva. tura; infiniti hinc privatorum aedium pontes occurrunt usque ad aggerem D. Joannis, ubi flexu ad urbis moenia recto cursu se proripit, ubi pontes duo ad coemeterium D. Joannis et inde pons Albanus.

Erant et cloacae publicae D. Petri et D. Joannis amplissimae, sed negligentia civium et etiam Magistratus nulli fere usui habentur, multis immunditibus oppletae.

Ad fora pervenio, ad primum Palatinum, cui adstat Basilica Praetoria (resaurata et opere aureato variisque emblematis ornata A. C. 1587) ubi Senatus urbis praesidet ac ius dicit, ibique vigilias agunt cives, carcer etiam publicus adstat, vulgo mons leporum, et cella publica, aedificium satis magnificentissimum. Est forum aviarium, sive

ut vulgo, anserum. Boarium, idque maximum,
 vocatur vulgo *Nuive*, quasi forum novum dicas.
 Est et piscarium, cum pons adiacet piscariis, in
 duplum maior factus a. M.D.XXCIII. Forum
 Salarium, Frumentarium, Equorum; Ad Pisto-
 rium quoque pontem forum Fructuarium con-
 stituere potes, nam tam frequens ac nobile
 hoc forum, ut quin Oceanum accolunt, hinc
 poma navibus devehant, adeo ut forum non
 tantum Hollandorum, sed et Caninefatum,
 Frisiaborum et Frisionum quoque recte dixeris:
 hic pomariae mulieres, procae genus et mali-
 gnium, adeo in sua arte, id est maledicenda,
 excellunt, ut, ad longa terrarum spatia no-
 tae, in proverbium provenerint, verbisque pisto-
 ris uti dicantur improbi oris ac inverecun-
 di, adde petulantis, homines. Unde Adri-
 anus Burchius, in Poesi non ultimus, in
 sua Satyra:

ubi te, quem Roma, nec urbes
 Italiae videre unquam, id didicisse putabo?
 Vicinus nimirum mihi pons pictorius istud
 Edocuit.

Et hoc lepidum epigramma Pomonae ac Ves-
 tumni colloquendum, quorum stabulae in po-

Itae ad Caroli V. Imp. in Urbem adventum
 aō. M.D.XL. xvii Kalend. Septembr. Lepide mo-
 res accolarum huius pontis exprimit:

Verb. Pasquillus Romae mutilum deformeque saxum
 Itac ego Vestimnus dicor in urbe Deus.

Porn. Dicta volant Romae circum cava tempora nobis
 Aonia, onordaci scommata puncta scilo.

Hoc quoque nunc minime dicteria ponte requiro,
 Quum plebs, quam cupiam, scommata plura ferat.

Verb. Itac mihi sacra placent, quae si minus, usor! amabis,
 Tac, litet vulgus putrida onala ferens.

Traiectensi Urbi suis cudendae monetae con-
 cepit Imp. Otto primus, gratificaturus Eggi-
 dae coniugi, Baldrici tum Episcopo, eadem
 ad haec usque tempora continuo usus, variae
 monetae aureae, argenteae, aereae nummos
 conflavit, ac praecipue olim appetebantur
 floreni Davidici, a Davide Burgundo editi.
 Officina monetaria non ita dudum ad fos-
 sam novam translata, quae aedes olim Boet.
 Relatorum fuerunt.

Iam victis enumerare ab Urbis meridi-
 nali parte incipiam, et a dextro intranti.
 Bus Felonaria porta occurrunt ad fossam
 veterem Via larga vel gemina, Nicolea,

Templaria, Elia magna, Paieburga,
 Ferraria, Cathariniana parva, Abba.
 ria, Romaroburga, Praetoria teraebrosa, Veteris
 Coemeterii (non procul a summo templo)
 Vincheburga, Drakenburgia, Ollaria, Cervina,
 Pontificia, Jacobina alta, longa Laurentiana,
 ad portam Insularem ultima.

A sinistro vero Rosacei Vallis, Gerbudi-
 na, Saltatoria, Ferraria alta, Incendiaria,
 Gynina, Jacobaea, Hordearia. Ad moenia
 sunt Molinaria, Argentaria Teutonicae to-
 nis: inde ad fossam iterum Stramentaria,
 Forum linearium, Bistyniana, Choraliis nova,
 Volatus Ficedularum, alta Marsia, Marsia
 inferior, Laurentiana, Pittona, Pecuaria,
 Joannitae - Cathariniana. Est quoque Hoys-
 stege en Deneffenstege op de Breedstraat,
 de Windenstege, de Camp, de Brigittenstege,
 de Jerusalemstege, het Brandolustuegken,
 de Schalekroyenstege, de Groene Stege, de
 Ambachtsstrate, de Vrijlesloot, de Jufferstraat,
 de Seylingstege, de Walenstege, de Voorstraat,
 de Witte vrouwenstraat, de Coeystraat.

Est haec Urbs tam privatis quam publicis
 aedificiis magnifica, et quibus arcium
 vice quasdam fuisse arbitror, et non

sine ratione; cum civitibus discordiis saepissime
agitaretur; sunt tales: Palatiorum, Aulicorum,
Caruwenthorionum, et quae Imperialis alta et
Cervina appellantur, cum infinitis aliis.

Fuit etiam ab Hadriano VI. Pontifice Pa-
latium ibi constructum, quod Scholis publicis
ab eo destinatum ferunt.

Atque haec Urbis descriptio et quasi voca-
lis delineatio, quam populosam ac praepoten-
tem esse non negat Junius; et Kempsius: Traie-
ctum Urbs antiqua, inquit, dives, populosa,
in qua Rhenus medio defluit et quasi inter-
secat, forma visis ac oculis oculis pulcherrima,
ab exterorum incursu propria virtute defendi
potest. Episcopus nempe quadraginta millia
pugnatorum, si quando necessitas ingruit,
ad proelium educere potest. Ad Tripitan-
tur hinc Munsterius, Raphael Volaterranus,
Aeneas Sylvius, Barlandus, Guicciardinus;
quod si de Urbe, falsissimum; si de ditione
Traiectensi, non omnino; ditionem quippe
latissimam Traiectinus olim Pontifex possedit
et Urbes plurimas; nam omnis ditio Trans-
isalana, regiones Drenthia, Twentha, do-
minatus Groningensis, Frisiae quoque ma-
gna pars huius parebat imperio.

Bellicosus semper fuit populus et bellis quodammodo continuus, cum vicinis vario exitu gestis, exercitatus. Nec deerant Praedules manu prompti et armis idonei; Germanico etiam more armati magis quam infulati placebant: picturae id indicant et sepulchra cum simulacra, quae armatos simul et infulatos exhibent Episcopos. Cum quoque in aedificarentur, arma eis induebantur, et ita armati in Basilicam Episcopalem militari more deducebantur, quasi possessionem et limites vi ac armis vicinos defensuri.

Baldericus Danos armata manu eiecit. Atelboldus bis feliciter pro Hollandiae imperio ad Bodegraviu pagum cum Theodrico tertio depugnavit, ipseque tandem in arce victus et captus, fuga ad Frisios evasit. Guillelmus primus, superato Roberto Frisio, cum Hollandia cepisset, ac iure Imperiali sibi concessa possedit. Conradus Sævus aliquoties pro Hollandiae possessione cum Theodrico quinto praelium inivit. Heinricus vero Beronius pietate potius quam armis hostem ab Urbis obsidione removit. Theodonicus ab Are contra duos potentissimos principes, Theodonicum VII. Hollandiam et Othonem Geldorum, acerrimo proelio de-

certavit. Otho Lippianus ad Castrum Coeverden
 in proelio occisus, cuius mors a Vileprando eius
 successore fortiter vindicata. Henricus Vianus
 Groesdenos et Amstelios bello coercuit, quos dein
 de Joannes Turicius, iterum tumultuantem, va-
 lide repressit. Guilielmus Bertoldus plurimis
 proeliis cum Joanne I. Hollandiae Comite, usque
 acerrimis, contendit, ac tandem non procul
 ab Urbe infeliciter pugnavit, et tertio pernicem
 equo temere, ac fortiter, in Hollandonum instri-
 cissimas acies sese coniciens, viriliter pugnavit
 occisus est. Joannes Herculanus bellator stren-
 uus fuit, saepe cum externis, saepe cum suis re-
 bellantibus congressus: urbem quoque ab Hol-
 landonum obsequio, postquam duo adversa pro-
 elia perpeffa erat, liberavit. Joannes Vinnen-
burgius Amersfortis, secta galia solita pen-
 dere recusante, bello domuit. Florentius Ve-
relichoivus aliquot arces rebellantium fun-
 ditus evertit, Bredenrodium, et Abcouidium
 repressit. Fredericus Blankenhemiis Ultra-
 iectinos provinciamque, contra Gelros et Hol-
 landos, igne ac ferro fortiter propugnavit.
Adolphus Diepenholdius contra urbem Gel-
 lum gessit, et diffensione Civium ex insidiis
 occupavit a. 1449. 3 Nov. Febr. Nec tamen
 unquam cum ea convenire potuit; Deinceps
 Civitate bellum fuit a bellicis, a Martius ubi

herosibus potius, quam externum, gestum. Etiam
Traiectenses funestissimum bellum sub Davide
Burgundo cum Hollandis gessere, ad utriusque
que fere gentis impotentiam, et virium defe-
ctum. Hic Catalogus rerum bellicarum.

Nunc ad Urbis regimen devenio. Imi-
tio quidem Urbis conditae Episcopi clavum
tenere, et pietate rudem adhuc populum
vicinamque gentem Christum docere, donec
adducti quidam regnandi libidine non Epi-
scopi, sed principem agere, regnum extendere,
vicinis bella inferre, armatoque milite ho-
stibus resistere: atque ad tantam demum
potentiam evasore, ut Adalboldus, volente
Henrico Imp. Principes, qui ob secula ipsi
erant in officio, Traiectum venient, iussu
viti; inter quos erat 1.º Dux Brabantinus,
Dapifer Traiectini Praesulis. 2.º Geldrorum
Princeps Venator, 3.º Hollandorum Comes
Magister Equitum, 4.º Comes Bentheimus
Janitor, 5.º Comes Cuykensis Pincerna, 6.º
Goranus Comes ab armis. Atque paulatim,
ut omnia sua natura cum tempore inde-
terius mutantur, et vicinis Principibus vi-
et favore, non aequitate aut pietate Anti-
stites habere coeptum est; quorum quidam
inutilibus sumptibus bona, ipsorum tantum

defensioni commissa perdidderunt, aut suis pro-
 miserunt, aut iniustis bellis aliis relinquere
 coacti sunt. Multa etiam non Principatum,
 ne dicam Episcopatum, sed tyrannidem exer-
 cuerunt in suos. Ultimus, qui pleno dominio
 et, ut vocant, seculari Traiectensis regionis
 fuerit potitius, Henricus Bavarus, fatalis po-
 pulo Traiectino eorumque libertati, qui Provin-
 ciam, caeca vindictae cupidine, ad Burgundos
 transtulit, sibi et populo Traiectino poeni-
 tendus, anno a salute humana M.D.XXIX.
 Urbis vero conditae circiter CCM.XXX. Cal-
 sam huius translationis, et civile cum
 urbe bellum prolixo septem libris prose-
 cutus est Lambertus Hortensius. Bava-
 rus nempe, postquam urbem sua factione
 fraude et prodicione quorundam civium,
 occupasset, deliberatum diu negotium esse,
 qui stabunt, convocatisque tribus Ordinibus
 apud quos summa tum potestas, primum
 urbis diffidum proposuit, et partium acer-
 ba utriusque odia, vicinosque principes,
 rem suam ex discordiis vicinorum augen-
 tes, inhiare opibus Traiectensium et dominis
 nec vires superare, quibus resisterent tot
 ac tam potentibus, nec spem fore urbem

civilibus istis discordiis liberatum iri,
 nisi potentiori alicui principi subditi, ac
 defendi, sese submitterent; Burgundiorum
 vero principum potentiam, Austriacorum
 iunctam, vel maximis Europae principibus
 formidandam, hominum tam vicinorum nota
 posse effugere insidias, capta nempe occasi-
 one regionem Fraiectensium quandoque
 invasuros; praestare igitur, ut iam volen-
 tes discordiis sese et metum vicinorum
 explicent, ac Carolum V. potentissimum
 defensorem suum agnoscant. Quibus au-
 tem diversae et pugnae Ordinum Sen-
 tentiae audent: pars indignari, ereptam
 iri libertatem, a maioribus acceptam,
 per tot annos tanto sanguine et sumptu
 defensam, premere; pars quoque, quibus
 iam temporum conditio perspectior, etiam si
 libertatis patriae amantes, necessitati
 cedendum putavit, et quietem urbi, non
 turbas expetere, alioquin ad ultimam con-
 ditionem deventurae; nec ad principis no-
 men dolendum, clementem principem et
 defensorem non tyrannum habituros. Vasa il-
 lud Claudiani de Laud. Stil. III. et tamquam oraculum:

Fallitur egregio quisquis sub principe credit
 Servitium: nunquam libertas gratior extat
 Quam sub Rege pio.

Quidam etiam laeti, et novitate quasi muta-
tionis illecti; plurimum gaudebant, et inimicos
suos tandem sic ultimum iri sperabant.

Hoc motu Traiectense dominium ad Cardinē
V. translatum est, approbante Pontif. Max.
Clemente VII. quum qui nomine Imperatoris
praecerant, statim ad res civiles urbis et
eius defensionem animum adiecerunt, erecta
arce et aliis propugnaculis, et, ut Bavarus
ille.

Effrenes populos, qui tunc vix ulla tenebant
Foedera iustitiae, sed vi, sed caede cruenta
In commune malum contempta lege vivebant,
Membra civi omnescentes vulnera bello,
legibus et institutis ad civiliorem vitam rede-
gerunt; nam, imperantibus Episcopis, Urbs
ipsa libera erat, et, ut omnis potestas circa
Magistratum maneret, ipsi extra urbem
sua iura constituerunt; quare, ut quisque
potentia aut auctoritate valebat, superior
erat, et nobiles familiae mutuis factionibus
premebantur, ut nunc hi, nunc illi ob ini-
micorum potentiam urbe excedere cogeren-
tur, et ipsa quoque plebs factionibus turbi-
da descindebatur in partes, quod summas
plerumque liberis civitatibus calamitates
adferre solet.

Erant tres status, ut vocant, apud quos

plena omnium rerum potestas, sive quorum aucto-
ritate vix quae poterant Antistates; horum re-
cessus in summo templo ad Septentrionem; plebs
in coetus cogebatur secundum cuiusque opera et
artes, quae facillima ad Seditiones via Impe-
ratoris edicto sublata est. Constituit etiam
Imps. Senatuum litium dirimendarum causa,
in quo praeses, novem Senatores, quaestor
aerarius, Scribae.

As 1530 April.
11.

Civitatis Magistratus, qui Civibus ius red-
dunt, et Civitatis iura administrant, Prae-
tor, duo Consules, XII. viri rerum capitalium,
vulgo Scabini, XXIII. Consilarii. Praetoris
perpetuus, ceterorum annuus tantum Ma-
gistratus. Erant hi olim sine labe viri,
ex nobilitate, patricius et Civium praecipue,
is, qui nulla plebeja arte viverent, ut vix
generatores admitterentur, nunc obscurior
delectus. Consilium alter patricius, plebej;
alter. Praetori etiam vicarius sive propraetor.

Sunt quoque quaestores aerarii Civitatis,
sunt et praefecti fabrorum, et duo verbi
a secretis. Praetores ex summa nobilitate
electi.

Familiae in Urbe nobiles plurimae, ut
Zulterionum, Ahenaffiorum, Amstelionum,
Hiveldorum, Aethediorum, Landenbalchio-
rum, Uchtembroeckiorum, Landroniorum,

Hardenbroeckiorum, Lockhorstiorum, Ame-
 rongiorum, Sudortiorum, Brakeliorum, Ba-
 xionum, Martiorum, Waterum, Ruisorum,
 Vincemiorum (ex qua nomen suum possidet
 in urbe vicus Vincemius), Mulardorum,
 Reinbeetedorum, Ostromiorum, Preisdiorum,
 Rummelariorum, Regulorum, Quiseveldorum,
 Risenburgiorum, Utenengiorum, Hariorum,
 Grauweliorum, Cuelangorum.

Anteriore quoque aliquot familiae ut
 Nienrodiorum, Abcaudiorum, Cranenburgi-
 orum, Cilenburgiorum, Drakenburgiorum,
 Jutfaciorum, Palatiorum, Schonaioorum,
 Vrediorum, Ruweliorum.

Patriciae et haec fere familiae a longo
 tempore celebriores, ut Bokiorum, Cauchio-
 rum, Verbürgiorum, Rammiorum, Merenbur-
 giorum, Vermatiorum, Bolliorum, Verkercki-
 orum, Pitorum, Canwenthoriorum, Levoiorum,
 Vermariorum, Crommiorum, Loniorum, Bot-
 teriorum, Verniorum, Juniorum, Feitiorum,
 Utenbroeckiorum.

Et ex plebe non ignotae familiae Canifi-
 orum, Bogerorum, Verhorstionum, Honthor-
 stiorum, Voortiorum.

Anteriore quoque Hindersteinii, Lichter-
 bergii, Sterkenborgii, Utenhammii, Stok-

tensburgii, Hoolarii, Rhenii, Wolfii, Schoutani, Bloemesteinii et plures alii.

Præcipua Lideniorum familia olim non parum illustis, quam a Romanis ortam perscribent annales, forsam a Sulla Dictatore, aut Syllanorum nobilissima familia, cuius in Caesar. meminit Suetonius. Ab vulgæ hæc; prior et verior ad antiquitatem via, ad ipsum Adami, omnium progenitorum primum, recta progredi, et omnem præceteræ antiquitatis nobilitatem. Ex eo Troiani, ex eo Romani, Graeci, Barbari indubitata serie provenire. Tamen ego hunc affectatæ Scipis non expectandum, imo tamquam labem, imo mendacium ignotæ sapientiae, fugiendum. Certam vero, et veram maiorum gloriam imitandam, omnibus industriae meritis proponere, hoc demum dignum veræ nobilitatis indicium, non nempe maiorum cineribus aut vultibus arcium evadenda, sed virtute maiorum æterna fama.

Alii ab his Colummensium nobilissimam simul et potentissimam familiam deducunt, et sunt qui hanc ab illis: Sed, fabulis remotis, clara per se est satis hæc familia, et procul dubio in hisce regionibus antiquissima, unde tamquam ex equo Troiano præcipua nobilium familiae prodire: Antbal,

tiorum, Abcaudiorum, Cullemburgiorum, Vien-
 nensium, Naveldiorum. Anno Christi 1304 D.
 Theodoricus de Luylen caesus obiit. A. 1320 vi-
 xerunt D. Wolterus et D. Otto de Luylen. A.
 1326 Stephanus Dominus de Luylen. Fre-
 dericus Dominus de Luylen, Aenholt et
 Westbroeck A. 1377. Ex literis Anni 1375,
 quae sunt in archivis Ecclesiae Traiectinae
 Theodoricum et Stephanum inter alios eius
 temporis nobiles, quos milites vocant, vi-
 scisse constat. Circa idem tempus Joannes
 et Fredericus militares, vel, ut vocant, ar-
 migeri, vixerunt. Circa annum 1387
 filio milite Suederis de Luylen, item
 Joannes et Suederis pater, eius filii don-
 Walboni A. 1383 et 1416 vixere. Joannes de
 Luylen de Natewissh, Dominus honorum in
 Nie-Ammerongen 1370. Henricus, Jacobus,
 Walterus Armigeri circa annum 1406.

Rheneffiorum nobilis et equestris fami-
 lia, orba ex Zelandia, ubi pagus adhuc hoc
 nomine. Legi tabulam in Aula Teuton-
 corum Equitum, quae memoriam Rheneff-
 siorum continebat, ex templo aliquo, ut vi-
 debatur, translata. Atque hic fere sensus.
 Nobilem Rheneffiorum familiam ortam ex

Zelantiae nobili villa Vornensi, quorum ma-
 iores fuere domini, et inde fratrum partitione
 peracta, Provinciam Traiectensem petiisse; An-
 num circiter M. CCC. Johannem Ahenessium Ba-
 ronem uxorem habuisse filiam Domini Egidii
 Malsteinii Equitis, Ahenogiae submersam
 apud Traiectum Bosthemiam, una cum CCCC
 Equitibus. Anno M. CCC. XIII. 4 Id. Octobr. filii
 eius filium, Joannem Ahenessium, uxorem
 habuisse Jacobi Lichtenbergii Equitis fili-
 am, sepultum ad Servatianas Virgines a.
 M. CCC. XLVIII. Huius vero filium, Joannem
 Ahenessium, Ahenorium, duxisse uxorem
 Ottonis Arkelii filiam, mortuum M. CCC. XV.
 Julii. non. Mart. Huius item filium, Joan-
 nem Ahenessium Ahenorium, uxorem de-
 sponsasse sibi filiam Jacobi Duleni ac Ni-
 velii, obiisse a. M. CCCC. XI. Cuius filium,
 Fredericum Ahenessium, duxisse uxorem fi-
 liam Arnoldi Cruningii Equitis, sepultum
 Baerlandiae in Bevelandia meridionali
 a. M. CCCC. LII. Huius filium, Joannem
 Ahenessium Ahenorium, sine stripe, virili
 occubuisse, cum uxorem haberet Gerardi
 Culemburgi filiam. Frederici vero alte-
 rius filium, Joannem Ahenessium Viltwien,
 uxorem habuisse Aleidam Freis van Kuyne.

vid. Nic. Assend. mortuum a. M. CCCC. XCII.
x Kal. Martias.

Ex coniectura Legi tamen a quodam annotatum, D.
filius Joannes Joannem de Ahenesse de Ahenou, mili-
obit 1553, cui tem, filium D. Frederici, obisse 1512, ni is
ex uxore V. Bronck. aliis fuerit, ut credo. Huius fratrem fuisse
horst van Baten. D. Arnoldum. Dominus vero Joannes de
borch et Anholt Ahenesse de Vülven, filius domini Joannis
Joannes, qui ultra de Ahenesse et Vülven, obiit 1535, cui fratres
mus dominus de D. Fredericus de Ahenesse dñs de Mal, et Jo.
Vülven ex hac annes Juniet. Joannes de Ahenesse de
familia. Baern vixit a. 1469. Adrianum Ahenessium,
Canonicum Martimianum, Legatum ad Gelonae
ducem Messum a. 1527 legi, et Arnoldum
Ahenessium de Vülven a. 1528, inter Confoe-
deratos contra Bavarum, captum.

Est haec familia plurimis agnominibus,
a dominis desumptis, insignis. Sunt nimirum
domini de Mal et Elderen, qui illustribus
etiam Belgicae familiae matrimonio iuncti
fuerunt, quorum post eneminero, quum ex
Vülven Ahenessius originem dicant. Vixit
meo tempore Jo. Ahenessius dñs. de Vellop et
Vülven, diu ob confederationem Belgicam
exul, cui ex uxore Anna Ahenessia, filia Jo.
annis D. de Elderen, fuerunt filii quinque, qui
omnes adhuc vivunt, nempe Joannes de Ahe-

nesse van de Willop et Vülven, loripes. Hic, cum
 dominia paterna alieno aere gravatissima of-
 fenderet, nec modum, quo se inde explicaret, in-
 venire posset, et iam dudum, ob debita paterna,
 in custodia detineretur, coactus dominium
 de Vülven in Hautthem Walthero Crajesteinio
 Hollando xxxvi. millibus florenorum vendidit,
 quemadmodum et aedes in urbe paene regias,
 et, ut fama est, cum Crajesteinius eidem filiam
 suam offerret et dotem iam venditi domini,
 recusavit, nec longe post aliam duxit genere
 inaequalem, divitiis nullis, nec fama, ut qui-
 dam volunt, integram, (idque se invidia ami-
 corum fecisse testatus est) cui nomen Hestera
 Hathomia. Multum ei dudum dispendium cum
 patre suo Joanne Baptista Athenessio, cui in
 confirmatione mutatum nomen fuerat in
 Theodoricum, sed post, eo reiecto, prius assumpsit.
 Hic ex regione Transsilvana uxorem duxit
 Adriam a Seckeloo, homo ob facinora quae-
 dam parum iam pridem probatae fama.

Secundus filius Fredericus Athenessius, The-
 saurarius et Canonicus Summi templi, ve-
 nationi deditissimus.

Tertius Theodoricus Athenessius; hic nutri-
 tus apud avunculam D. de Elderen, in istis
 partibus semper vixit, omnique Duaci ami-
 cissimus, musicae est amantissimus, doctus

quoque et literariae antiquitatis peritissimus, cui Plautus, ut Alexandro Homerus, omnium itinerum comes. Italiam non ita dudum profectum, redisse hoc anno 92. ex fratre eius audivi.

Quartus Wilhelmus Rhemensis, Canonicus, S. Salvatoris.

Joannes Christophorus, natu minimus, obiit, ut post dicetur.

Annales inter liberos Theodoricus VI. Hollandiae Comitum, numerant Peterinum V. Burgh: grevium Zelandiae, et primum Voorniae insulae dominum, a quo Rhemensis oriundus quidam autumant. Invenio tamen eodem tempore inter nobiles Hollandiae, Florentium, dominum de Voorn, Christianum de Rhenes ducem Zelandum fuisse eo bello, quod Johannes Lyricus, Episcopus Ulbractinus, et Florentius V. Comes Hollandiae contra Gysbertum Ambelium et Hermannum Woerdanum gesserunt a. 1280. Johannes Rhemensis vixit a. 1300, qui varia bella Johanni Hannonio XVIII. Comiti Hollandiae excitavit, ut annales perturbent, et non multo post a. 1305 ex Traiecto fugiens in traiectione Leccae fluvii submersus fuit. Sunt Rhemensi Moerimontii a pago Zelandico, non procul a Rhenes sito; originem nempe Rhemensium Zelandicam, praeter

annales, exstantia ibidem monumenta probant.
 Johannes, qui obiit A. M. D. LXXVIII. ex uxore Pe-
 tronella Pyncken tres filios, et filiam, qui fallor
 unicam habuit: Johannem Rheuessium, qui
 in aula Ernesti Bavari, Coloniensis Archiepi-
 scopi; Wilhelmum, qui dudum militiam Co-
 loniensem ac Regis Hispaniarum sequutus; et
 Bernhardum, qui, Lugdunum Batavorum apud
 matrem habitans, studiosissimus literarum
 et iuris, ubi et Gertrudis eius soror, virgo ad-
 huc, ni fallor.

Aliis agnomen ter Aa ab arce et pago.
 Gerardus, confederationis Belgicae a. 1566 Consiliarius, cui
 rex or vanderhaer
 et glia etiam soror
 Beant, Vredemk.
 cum filio Johanne Rheussio particeps, capite
 proplexus Albani crudelitate. Stilius (ni fal-
 lor) filii sunt, qui iam vivunt, Gerardus Ake. fallor, cum sint
 filii adriani Ake
 messii et agnetis
 filiae Gerardii
 Superioris.
 neffius, Don. de Aa; Fredericus Rheuessius,
 qui duxit uxorem Doppiam; Johanne
 Rheuessius, filius matris minimus, a quo nu-
 per caedes Regneri Haesdwinii facta. vnde
 Genealogiam Waellois.

Baerum quoque agnomen Rheuessius datur,
 quoniam aedes ad fossam novam, non pro-
 cul a ponte Paulino; Johannes vero Rheussius
 suus ex uxore Jacobi Schimmelmanninga fi-
 lium genuit, qui adhuc in urbe, Jacobum Rhe-
 nessium a Baer, qui duxit uxorem Annam
 de Griepstercken; et Adrianum Rheuessium,

cui uxor Achtevelde.

Sunt praeterea Ahenessii de Elderen, ex quibus Johannes, Dominus de Elderen, Verfeci et Manii, frater Frederici D. de Mal, habuit uxorem filiam notham Henrici Nassovii, Viennae Comitibus ac Hollandiae Praefecti, qui obiit 1539. Defunctus hic aō. M. D. LXI. xv Junii; ex uxore sua praedicta relinquitur liberus Renatum Ahenessium D. de Elderen, qui ex priori uxore Francisca, filia D. de Peterson nullam sustulit prolem, deinde duxit filiam Domini de Beveren sive Bevier, Fredericum, Dominum de Oustral, qui duxit uxorem filiam Wilhelmi Domini de Heesweec, et fratris Lubberti Turco; Johannem Ahenessium in Italia mortuum, et Wilhelmum de Ahenesse D. de Pirschil, qui habuit uxorem filiam Domini de Bevier, sororem uxoris Renati, fratris sui; Annam Ahenessiam, uxorem D. Wilhelmi de Croij, Rentii Marchionis et D. Chienij, unde suscipit filia; Annam uxorem Johannis de Ahenesse de Vulven, et N. Ahenessiam, Dominam de Peer ac N. Virginem.

Johannem Ahenessium aō. 1426 Traiectum cum suis invasisse legimus, cum partes Diepholdii contra Culemburgium sequeretur. Annales, in Diplomate Philippi Ducis Burgundiae, meminerunt Petri Ahenessii,

Doctoris aō. 1437. Item Johannis, qui vivit Eg-
mondæ aō. 1306.

Annales quovis Egmondani ferunt, nobilem
quendam Petrum Ahenessium, cum Catharina
Clocestræ Ducis filia, et Valenzii Septi Domini
Egmondani uxore, in adulterio comprehensum,
caesurisque circa annum 1004.

Annales Ultrajectini habent, Johannem
Ahenessium urbem invasisse, ac Episcopum
Suedorum Culleburgium eiecisse, cum Diaphol-
dio electo magis faveret:

Johannem Ahenessium de Baer Scabinum
invenio anno 1475. Gotardum dñum de Ahe-
nesse aō. 1179 habitudius, a Comite Florentio
Hollandiæ celebratis, interfuisse legi, si vera
Modii emendatio.

Ahenessii, tam a Baern, quam ter Aa, à
Moermontius descenderunt, qui iterum a ju-
niore fratre Ahenessio a Wulps et Vutren, vi-
principes eius familiae dicuntur, a quodam
peregrino Hollandiæ principis filio orti.

Invenio Johannem van Rijnnes van Rij-
nouwen, Equitem, Civem Traiectinum et
praefectum Semdanum aō. 1478, quem David
Bingundus deposuit, et, contra privilegia
Traiectensium, ei Johannem Amerongium,
qui civis non erat, substituit.

Aleer Gerrit van Ahenes, cuius supra me-
mina habuit, praeter dictos liberos, fili.

as Mariam, uxorem Everardi de Cotereau
 Dñi de Westmal; N. uxorem Weeneri de Lon-
 nep, et Aleydim uxorem Johannis van Ote-
 rum. Pater vero Gerardi erat Johannes Dñs
 de Vülven ex Aleyda Freijs van Cuypre, filia
 Adriani Freijs et Hadwygis van Yselstein
 van Bosch, filiae Franconis Iselsteinii et
 Aleydis Loudentbalchiae. Costinus bonus
 Dñs de Rheneffe numeratus in Catalogo
 nobilium Equitum tempore Wilhelmi V.
 1302. Comitum Hollandiae circa annum
 1345. Johannes Rheneffius de Vülven
 Knape seu armiger, et D. Johannes Rhe-
 neffius de Rheinoirre, Equites vixerunt ad.
 1500.

Stirps Niveldice a Zulenius procegit, imo
 et quidam Zuleniorum nomen praeferunt.
 Horum peculiū non procul ab urbe, Nor-
 denum versus, ad veteris prope Rheni iussum,
 Arx Niveldia, vetus et multis fiduciaris
 clientibus, vulgo vasallis, nobilis; restaura-
 ta non ita nuper sumptibus Guilielmae
 Huestenae, Brederothii Valravii uxoris, qua
 emerat a Stephano Roffemio, cui uxor ex
 Stirpe Niveldice.

Reineveldorum Stirps Tutorum agnomen
 possedit. Hanc ex infima plebe ortam calu-
 mniantur, et testorum Collegio annuuntur;

Sed error iste ex temporum istorum consuetudine; nam, dissidentibus inter se civibus, ut facilius ad arma conveniret populus, civitas, quae artificii erant collegia: haec cogebantur, armabantur; multi vero patricii et nobiles, ut tutiores essent, horum se collegiis inscribi curabant, ut a plebe agnoscerentur, nec ut adversarii premerentur; deinde tamquam capita erant furentis et excitatae plebis, quam sedare poterant hoc nomine, aut magis incitare.

Sequentes familias nobiles et patricias vel interisse, vel latere arbitror. Circa annum 1300 nobiles fuerunt Equites et multi deinde temporibus celebres, Vredii, quorum arcem fuisse Vresenburch comperio anno 1452. Eodem tempore vivere, et ad nostra fere tempora pervenere Lichtenburgii Equites, Stoutenburgii, Amersfortae milites; familiae quoque nominatissimae, et suis temporibus celeberrimae, Over de Vechtiorum, et quibus Joannes a. 1445 Praetor Ultracotinus; Hexlariorum, quorum in potestate Amidae diu fuit; Linschroterum, inter milites numeratorum; Rhenorum, Schorenburgiorum, Schaltwijckiorum, Lopiackiorum, Zwijstiorum, Nyterworderum, Blockhousiorum, Olcoopiorum, van der Nije, Bloemerdaliorum, Blornestri

nionum, Hondrikiorum, Vleuteniorum, Leer-
semiorum, vander horstiorum, Clarenborgio-
rum (ex qua Joannes Marschalcus Traiecti.

(ex qua Arnoldus nis), Veldiorum (ex qua D. Helias, D. Wal-
Praetor Traiecti: teri militis filius 18, Dominus Castri Welfen-
nis) Wontham- stein, nunc Westrom in Staaten), Goediorum,
miorum, Schedio- Landenbergiorum, Lunenburgyorum, Louwen-
rum, Bergiorum (ex qua milites circa 1348) Broec-

husiorum, Wou'denbergiorum, Wetoringiorum,
Spiegelenbergiorum, Rinenburgiorum, Scha-
nortiorum, Alrehorstiorum, Zurmontiorum,
Vulviorum, Walenburgiorum, Laeriorum,
(ex qua Otto, Campi, praefectus Episcopi Jo-
annis Arqueleu, occisus in Loest 1356) Kuin-
reorum (ex qua Hermannus dominium
vendit Episcopo Traiectensi a. 1407, cum
ei essent filii Hermannus et Henricus)
Boelesteiniorum, Groenewaldiorum, Beke-
nortiorum, Oudamiorum, vander Aa, Cric-
kebeekiorum, Dreebergiorum, Myscheorum,
Moivviorum, Woumannorum, Goberdingi-
orum, Pallatiorum.

D. Gerardus Pellecussen vixit circa annu-
1300, a qua familia porta in suburbio
Lauwourechtiano nomen adhuc retinet,
vocaturque Pellecusspoort.

D. Gisbertus D. de Goy et Gasperda Burch-
gravius Traiectensis fuit a. 1314; hunc

filius eiusdem nominis Gisterius.

D. Swederus de Beverweerd, occisus a. 1304.

D. Agidius van den Bosch v. de Niestein eodem tempore vixit, hoc tamen assumditse agnomen Iselsteinios invenio.

Stephanus de Veyda, miles, vixit a. 1312.

D. Gysbertus Both d. de Ema circa eadem tempora fuit.

Lambertum van de Woot (ita scriptum invenio) vixisse a. 1370 constat, et Joannem de Voorde circa 1348; sunt et iam inter plebeios familiae eiusdem pene nominis.

Lilias olim floruisse celebri stirpe compertis; sunt eius nominis in plebe.

Wolffiorum inter armigeros celeberrima familia fuit; vivunt hoc nomine, sed plebeii. Invenio circa annum 1390 Gerardum de Wolf; Herman Wolf in literis de anno 1411 et Joannem Wolf a. 1562.

Deeriorum quoque gens olim inter celeberrimos numerata, circa annum 1348.

Vickionum stirps ex notho Abcondiano originem habet, ex qua Joannes vixit 1402, quem eius familiae caput fuisse arbitror. Fuit et Joannes Vickius a. 1528, conspiratione Geldrica captus, et gladio caesus, cuius caedes mirabili casu accidit, temporum istorum inconsideratam vindictae

cupiditatem et iniquam testante, nam velum
non ante clapsum, quam alium eius nomine
conanguineum interemissent innocentem,
cognovere.

Utenhammiorum stirpem iam defecisse an-
notavimus, licet reassumptum illud nomen
audiamus ab Hammii castri dominis, a femi-
nea id, non virili parte et quasi possessione
restauratum. Familiam suam duxerat huius
avia Utenhammia, ex hoc filius maternam
adoptavit stirpem, et ducta uxore villica hoc,
qui iam vivunt, produxit liberos.

Canifiorum familia quamvis plebeia, cele-
bris tamen, et in rebus turbulenti turbida,
ex qua Guillelmus, particeps confederati-
onis Geldricae, a. 1528 inter alios gladio
vitam amisit. Joannes legitur fuisse
Scabinus a. 1473. Unde et inter patricios
assumptam constat, cum Gerardum Praeto-
rem habuerit a. 1525. Ex hac familia fuit
Joannes Cnijf, qui a. 1568 fuit factus
primus Episcopus Gruningensis. In literis
de a. 1536 Juffr. Elisabetha Gerardi Prae-
toris vidua. Gerard Cameracensis circa 1432.

Bickii quoque inter Cives olim non postre-
mi, ex quibus Iodocus gladio caput ami-
sit, factione Geldrica turbe pulsa. In sub-
urbis Pylowestis a. 1540 fuisse Paulus
et Wilhelmus.

Rodiorum antiqua inter plebejos familia.
Cornelium inter partes Getonicas sequutos
captum constat aō. 1528.

Schoenenburgiorum familiam non ante
multos annos invenio, quae iam, nescio
quibus meritis, nobilitatem sibi vindicare
conatur. Albertus uxorem habuit Juditham
Diemecam, quam invenio vi quaedam suorū
Dominam appellatam, affectata superba,
1524. Egbertus vixit ultra annum 1570,
habuitque filiam Emerentianam.

At haec de Traiectinis familiis satis:
Nunc de moribus pauca. Quae ad reli-
gionem pertinent, cum ceteris Christiano-
rum habuimus, dum status urbis floretet
Religio nunquam maior olim, nec pietas
sed, ut principia animi calore fervere, ita
sequentia paulatim refrigerare videmus;
pauulatim nempe religio in superstitionem,
pietas in impietatem degeneravit; De effe-
cit opum abundantia, et regionis ferti-
litas. Pietas prima opes peperit, in-
de filia viperino more, ut quidam ait,
deboravit matrem. Nam, ut ante Sa-
cerdotes innocentissimi atque abstinen-
tissimi fuere, quo tempore sola sacra cere-
moniasque tractabant, sic post fuere ex
eis, qui cupiditate ambitioneque praecipiti,
tes ierunt; quare merita poena affecti,
a tot iam annis, seditionibus, bellis ac

Jo. Pontan.
Hist. 7.

religionum controversia agitamus. Haec
pharmaca Divinae clementiae, quibus pravi-
entes petulantium animos et luxuriantium
sanitatem restituere conatus. Utitur Deus
malis tamquam flagellis, et tyrannis tam-
quam instrumentis, quibus malos bonos faciat.

At non miror, nec mecum, quisquis veterum
legerit historias, tam sacrorum morum corru-
ptas disciplinas, et vitae Sacerdotalis, diversa
ab instituto, a pietate usus, cum Eusebio
sit auctor, etiam primis Christianorum tem-
poribus, Impp. Diocletiano, Eusebasticos iam
tum longissime a veritate recessisse, simula-
torem in vultu, dolum in corde, fallaciam
in verbis occulte gessisse, adeo ut Deus pro-
pterea offensus gravem eis immiserit pene-
trationem, non tamen suos oppressit, sed
punivit, et admonuit vitae turpiter ante-
actae. Tempora a maioribus condita, cere-
moniae institutae, bona celebrantibus sacra
attributa, ordines discreti, idque pietatis
non frigida opinione; tempore accreverunt
singula. Templorum iam maior numerum,
arae constitutae, caeremoniae caeremoniis ad-
ditae, piorum memoriae celebratae, nec
quicquam in religione criminum esse puta-
batur, si modo religiosum. Hinc quidam
tristiones, eodem pietatis velo, occulta

Sacra tamquam in theatrum populo propra
 sderunt, et tamquam comedias acturi fi-
 des Christianae. Habere sacramentum, in-
 venti, qui se opponerent; item alii, qui omnes
 salutis viam dubiam redderent, imo et reli-
 gionis nostrae fundamentum in controver-
 sum vocatum a quibusdam. Sunt, qui
 proprio pectori assentientem fingunt Iovem;
 strictius alii nos colligant, alii fusius re-
 ligionis mysteria extendunt.

Eadem tamen cum omnes astra specte-
 mus, et ad eundem aeternitatis finem
 tendamus, quid interest, quia quisque
 prudentia verum requirat, quia quisque
 via curricula metam attigerit? Vere
 ille, uno itinere non posse perveniri ad
 tam grande secretum; unius omnibus finis
 propositus, et una properantibus ianua a-
 perta: Christum petimus, eumque sequi-
 mur, diversa licet via, nec potest errare,
 qui sibi statuit hunc scopum.

Alia maiorum via ad verum illum tes-
 tinum; alio horum, qui iam vivunt.
 Nunc arae Divum exardae, imagines et
 ornamenta varie consuta sunt; coenobia
 et templa plurima fundamento tenuis vi-
 uba iacent; mortalium haec novitates

cūriōsitas, simplicior introducta religionis species, at involūcris ad pietatem trahitis vūlguis; afficiūnt etiam malefēciatos animos pietatis saepe vanae spectacula.

Exercētūr in exstantibus Calvinianorum decreta. Isti duplicis sūnt generis: Consuetudinantes alii, Libertini alii; illi, nescio quō foedere arctissime colligati, nominibus consignatis tempora missorum Christi revocare videntūr; hi vero libertatem profitentis maiorem, non nempe servitutis speciem esse religionem, sed verae libertatis, ideoquē nullūm conscientiae vinculum vel externū admittūt. Horū presbyteri vel concionatores uxores ducūt, liberos alunt honeste, verbum Dei, sic vocant Christi monumenta, statutis diebus populo concurrente legunt, exponunt; carmina, quae Davidis Hebraei sūnt, cantant, quibus populus omnis indifferenter occidit, ut mirus edatur sonitus. Omnia reliqua Pontificiorum non modo negligunt, sed partim ut impia execrantur, partim ut inutilia contemnunt et aspernantur; monumenta sive curant veterum aut maiorum memorias, sua nomina scripta dicentes, adeo quidam eorū,

vel ipsis Gothis Barbariores. Praecipuum
 in religione illud Christi epulum nocturnum,
 quod Pontificii Coenam dominicam, vocant:
 hic maxima inter Catholicos Romanos et
 Evangelicos Calvinianos *dissensio*. Hi tantum
 in memoriam, et ut ultimum Christi testa-
 mentum ac mortis verissimum testimonium
 sumunt; illi panem post benedictionem Sa-
 cerdotis in verum Christi corpus commutari
 asseverant et firmiter credunt, et hoc esse
 praecipuum religionis mysterium.

Calviniani hoc modo sumunt coenam
 sacram: Ecclesiastes duodecim vocat, qui
 assident mensae, ad hunc usum constituti:
 tunc panem, in frusta dividum, singu-
 lis porrigit, prolatis Christi verbis: hoc est
 corpus meum; deinde vinum addit, prius
 tamen precibus et ieiuniis purgatos se
 reddunt, et puros se constituunt ad tam
 spurium mysterium; et sic deinceps ordine
 quodam cum ceteris agitur, ac unus post
 alium assidet, et monumentum hoc pe-
 tetuum Domini erga ipsos amoris accipit.

Anabaptistarum quoque hic plurimi,
 quorum divisae inter se et diversae opi-

niones, et ab auctoribus nomina sortiuntur; Memoristae, Abecedarii, Simplicistae, Uda-
mitae, ac ita ludit in divinis humana va-
ritas. Factionum haec, non religionum
discrimina.

Horum qui primi, neminem ante aeta-
tem perfectam sacro fonte abluendum, sum-
to ab ipso Christo exemplo, putant, ad senten-
tiam Pauli Thersitis, clarissimi Christianae
legis succinatoris, sophisticè magis quam
vere interpretantur, quemadmodum plura
alia differendi potius aut altercandi stu-
dio quam veritatis investigandae. Hi nec
arma gerere, quasi ad Deo etiam in necessitate
displiceat, volunt; quare, cum urbanae co-
hortes civium ad arma cogentur, et singu-
larè per vires legitimas civitatis invenia
defenderent, se tamen arma sumturos, quod
contra Superstitionis esset institutum, nege-
runt, sed lepido comomente delusi sunt.
Quidam huius generis pascebat porcum
in thara, quae erat ante limen domus;
quod animadvertentes quidam ex vicini-
tia, tempus experientiae adesse rati, aut
simulationis detegendae, noctu porcum
aggrediuntur ut fures; ille statim maximè
strepens edere coepit: At pii homines,

quos ne pro patria arma induissent, pro porco accipiunt, ut fors ferebat, hic gladium, ille baculum aut lapidem, exhibuntque porcum fribus creptum. Haec sequenti die in vulgus sparguntur, et delusi hi simulatores arma, quae pro porco sumserant, ad patriae defensionem inducere cogebantur. Hic religionum in hac urbe usus, abusus, discrimen, varietas.

Illud addam, multorum iam studium omne, ut quid habeant etiam in religione novum, nec id sentiant, quod omnes.

Ritus nuptiales hi fere observantur. Utriusque conciliant colloquia, amor, spes. Libertas puellis summa, et facilis ad eos accessus, per quem ad ulteriora si conditi, omnium omnino aequalitas; si vero conveniant, ad parentes deferuntur res, cum iis de nuptiis, de dote tractatur; conveniunt, consentiunt, si nihil impedimenti est. Sponsus iam designatus minus dat sponsae, anulum, armillas, signa consentientium, et dextram fidei signum; praeterea quae vocant donationes propter nuptias pro nubentium conditione; et cum mulieri nihil viri testamento aut donatione

post nuptias acquiratur, praeter ususfructum, conveniunt, ut ante nuptias donationes perpetuas et proprietatem eius acquirant. Postquam nuptiae contractae, earumque iam dictus dies, in templo primis trium septimanarum sequentium diebus omnibus publicatur hac fere formula: N. N. hisce diebus coniugii statum amplecturi sunt; si quis, quo minus id fieri debeat, habeat, proferat, dum tempus; sin minus, perpetuo in posterum silentio plectetur. Nubunt autem coram sacerdote et testibus, vel populo praesente, idque annuli traditione et osculo dato. Quis vero tempus iam adire renuunt, ne clam sit matrimonium ad praetorium conveniunt, et coram magistratu, vel ad hoc electis se sistunt, qui tamquam testes in actis publicis referri matrimonium contractum iubent, alioquin punirentur, aut matrimonium nullum esse putaretur.

Moris etiam est bene precari Sponsa sive saequae. Sponsa designata virginem thalamum, a patris iam nuptiis, ante consummatum matrimonium non egreditur; cum dies nuptiis diebus adest, convivium pro lortatione nubentium paratum sum tuosum, idque solemoni more, coaevae

consanguineaeque lectum nuptiale he-
 lis odoriferis et floribus variis adornant,
 ea parte, quae sponsa cubitura, quae vero
 sponsus, strames tantum spargunt. Cum
 coenae tempus, omnia maximo apparatu
 ministrantur, tibicines adsunt, et quidquid
 tempus patitur, profertur: hinc lacrimas
 virgineas excutit pudor, vel quod haec con-
 suetudo, nam, ut flerent oculos erudire suos.
 Olim passis crinibus, nudo capite, cui
 florea sarta, virginitatis indicium, imposita
 erat, spectabatur primo die, qui mos nunc
 fere aboluit. Atque choreae ad medium
 noctis pertrahuntur, dum iuvenes eam
 in thalamum ducere repugnantibus virgi-
 nibus, donec ipse sponsus irumpens et
 velut pugnando praedam optatam, et
 eaque sibi debitos fructus auferat. Propi-
 quo die ad repotia redeunt, et continua-
 tur cum sequenti nuptiarum sollemnitas.
 Probiliores prima die, tam sponsus, quam
 sponsa, candidis vestibus utebantur, in
 honorem virginei candoris. Promo vero vel
 ex ima plebe huius sollemnitatis nuptiales
 exors: cui non sunt opes, ut tantos su-
 stineat sumtus, huic ab invitatis succu-
 ritur. Et haec de Nuptiis.

In funeribus, peractis sacris, quae cuiusque religio requirit, cereae incenduntur, et veteri ritu morientibus clauduntur oculi, corpora lineo vestimento, nobilium quoque cereis involuntur, cistaeque mortuariae imponuntur. Earum haec differentia, ut nobilium arcuatum attulerant, plebeiorum planae sint; feretrum quoque nobilium nigrum panno nigro et albo obtegitur; corpus, donec superest, summe observatur, cereae ardent circum, sunt et qui noctu assidentes vigilant; pietate id faciunt, an veterum ineptis persuasoribus, qui sagas mulieres mortuorum ora demorsicare, eaque ut artis magicae supplementa auferre sole, re credebant (ut testis Apuleius de Asino autore secundo) ignoro. Si virgo, corollae et rosa, vario florum genere ornata, a virginibus vicinis conficiuntur, feretro imponuntur tot quot annos, dies aut menses vixerit. Cum sole effertur corpus, heredes et cognati proximi longis atratis palliis lugent, olim et cucullis, qui nos adhuc in Gallia. Et ore nimis inepto luctu se conficerent, optimum offert remedium lactariae ille dator Bacchus. Evangelici Calviniani ad sepulcrum Canticum Davidis canunt, et mystes, condescens suggestum, funebrem habet orationem ad mortem contemnendam,

fragilitatem humanam inspicendam, cum
 cumstantes hortatur: ceremoniarum olim
 maior numerus Catholicis Romanis usi-
 tatus. Filius patrem aut matrem annuum
 et sex hebdomadas liget; sic uxor maritum;
 frater fratrem sex menses, patrium, aviu-
 culum tres.

Victus quoque hic longe alia, et, mea opi-
 nione, melior ratio quam ceteris regio-
 nibus. Vix quis ex plebe, qui non Octobri
 circa Victoris festum, quo migrationes
 ex aedibus in alias aedes fiunt, bovem et
 porcum maceret, pro ratione et magnitudi-
 ne familiae; pars, ne corrumpatur, sale
 maceratur, ac ita per multum tempus
 integra seruetur, si nimium tandem satis
 imbibit, aqua eluitur; pars fumo sicca-
 tur. Butyri quoque, caseorum et frumenti
 semper copiam habent: praeterea ex pisci-
 bus haliecae sale conditas, et pisces sole ac
 vento duratos ex asellorum, ex Norvegia
 adiectos, Stokvisch vulgo propter duriti-
 em vocatur vernacula lingua; Cardanus
Stephin corrupto, ac ipsi forsitan ignoto vo-
 cabulo appellavit, sibi que iucundum,
 quamvis aliis durior scribit, et homin-
 usus non contemendus, modo recte cocto-
 rum.
 Festa quoque et dies solennes veteri

more observant plurimos, ut templorum dedi-
 cationes, nundinas et optimorum dierum pro-
 festa. Et licet priscus templorum cultus
 abolutus, festorum tamen solennia restant,
 frustra reclamantibus quibusdam supercilio-
 sis, qui damnarent omnem voluptatem, cu-
 jus ipsi auctores non existerent. Humani-
 ores Christiani Imperatores olim crescente
 et fervescente iam tum religione et pietate,
 qui, ut templorum sacrificia prohibebant,
 ita voluerunt publicorum operum ornamenta
 servari; festos, conventus civium et commu-
 nem omnium laetitiam non patientes sumo-
 veri. Mariae Magdalenae festus dies tem-
 pli Martiniani dedicationem celebrabat
 olim, et hunc totius urbis sollemnis dedi-
 catio eo die in hunc diem observata. Pro-
 festo d. Martini, mense Novembri, genialis
 olim civium coena, qua primum omnium
 bibunt, ut Romani prid. Kal. Octobr. medii-
 malibus; facibus etiam ac taedis per urbem
 discurreunt pueri, ut olim Cerealibus fieri
 amoris erat. Plures sunt dies geniales, qua-
 rum profestis Pontificibus dapibus luxuriantibus,
 ut Kal. Januarii, trium Majorum ferias,
 Agnetis item et Pontiani profestis, qui-
 bus diebus oratores mundinae celebrabantur,
 munera invicem mittuntur. Profesto Mar-

L. 3 C. de Pa-
 gan. L. 1 C. eod.

tini villici certatim verres grandiores ad fo-
rum boarium deducunt, qui vero maximum
attulerit, praemio donatur, isque emitur,
et deinde Hagam. Comitibus mittitur, cum
200 florenis Davidicis, pro vectigalium per
Hollandiam et Zelandiam immunitate,
quamvis vulgo aliud creditur.

Bacchanalia quoque suis celebrantur
solemnitatibus, auctori, ut credo, gratissi-
mis, nefas tamen sobrium videre quemquam
et siccis faucibus ambulantem.

Episcopi Traiectensis olim inauguratio
(Capitulum Lamb. Hortensium) talis erat: in-
gressus Praesul urbem pulcro armatorum
apparatu, in Curiam armatus pergebat,
ibique faustis gratulationibus exceptus in
libertatem Traiectinorum iurabat, applau-
dente populo, inde in Civium templum de-
ducitur, ibique arma ponit, et veste Episco-
pali ornatus in templum D. Tutelaris, co-
mitantibus tribus Ordinibus, pergit, ac pri-
vilegia maiorum confirmat: hinc in sedem
Willebrordi collocatur, et tandem in aedes
Pontificias se recipit; mox Seist (vetustis-
simus est pagus Traiect. ditionis) pulsa cam-
pana inaugurari solebat.
Suere Praefecti nomine Imperatoris Ca.

roli V. Ultraiectendibus dacti D. Antonius de La-
 lain, Comes Hoochstratanus, in cuius locum
 successit aō. 1540. XI Octobr. Renatus Chaloniū
 Princeps Aurantiæ; hūic aō. 1544. 4 Octobr. du-
 dovicius a Flandria Dom. de Praet, qui aō. 1546.
 27 Martii successorem habuit Maximilianum
 a Būrgūdia, Marchionem Veranum. Nomine
 vero Philippi Regis praefecturam eorū succe-
 pit Guilielmus Aurantiū Princeps, Comes Ma-
 soviū, qui per Albanum laesae maiestatis
 damnato aō. 1565, successit Maximilianus
 de Herin, Comes Bossuū, qui capto eius
 vices egit Barlamontius Hiergius; hinc suc-
 ce Guilielmus iterum Nassovius, Johannes
 eius frater &c.

Eo loci, ubi cūq; lapidea posita extra ur-
 bem retro turrim Vinckianam, occidus Iodo-
 cus Lalainius, Hollandiae Praefectus, cum ur-
 bem nostram obsidione premeret anno, ut ha-
 bent annales, M. CCCC. LXXXIII.

Anno Dñi M. C. XLVIII. incendium adeo
 per urbem grassabatur, ut maxima pars
 consumeretur, quando fictivis periculis licet
 serius prospectum fuit; pro commoditate a-
 quarum indigne acquirendae et ordinatae
 fossae per urbem, atque aquae a Rheno per
 canalem inductae, quae deinde in Vechtā,

fluvium more perennis aquae fluerent, un-
de iam urbs pontibus ornatur, longeq̃ in-
structior apparet. Anno autem 1170. aquarum
magna vis totam regionem inundavit, adeo
ut pisces marini in urbes fossis caperentur,
et tertio post anno maxima pars urbis cum
templo civili conflavit.

Sunt in Urbe Traiectina aedes indignior
in fossa veteri Palatiorum prope pontem
ferrarium, nunc Vechtorum; Rodiorum re-
centiorum prope Regularium pontem; et
contra apud lignarios domus angularis vis
incendiarii versus pontem Regularium, ubi
natus Adrianus VI. Pont. Rom. Max. quam
ego hoc carmine celebravi:

Exigua haec domus est, magno sed Praesule maior
Nomen habet, quam vel barbara Memphis habet.
Alic vidit flentem parvis nutricula lani,
Quem vidit summum maxima Roma patrem,
Moenia quid spectas turritaque temple, visor!
Prodit hinc Magni qui caput orbis erat.
Nemo animum abiiciat, magnis virtutibus auctat
Sors comes, abiectis gloria nulla manet.
Domus palera, vulgo mundinis dicata an-
nalibus, Aedes Sarcobaeorum Sodaliū, et
S. Elogii, in fossa nova Montfortiorum Hero-
um; Bucchellianorum, olim Archidiaconi

Misropii, Rheuessiorum a Wellop, Cavea pu-
blica, Stabulum Episcoporum, Lochorstiorum,
Rheerorum, Saudentalchiorum, Macellum ge-
minum virorum mulierumque, praeter alia in-
finita Canoniorum aedificia sumtuosissima.

Anno M. CC. XLVIII. Guilielmus, Romanorum
Rex et Comes Hollandiae, cum Civitate ab
Ultraiectensibus fuisset donatus, ipsis dedit
privilegium, ne a quoquam Romano Imperio
subdito possent extra suam urbem in ius vo-
cari, aut arrestari sive detineri, cuius instru-
menti exemplum apud me est.

Anno 1484 Elephantem videre Hollandi, qui,
cum Traiectum transferretur, prope Muidam
oppidum submersus est.

Anno 1562. x Kal. Maii concepit Archi-
episcopus statuta Synodalia in Wych die-
rosati, in quibus multa secundum Conci-
lium Tridentinum reformat.

Anno M. CC. LXXIX. ingens incendium ur-
bem Traiectinam invadit, quo maxima
pars conflagravit, et templa imprimis D.
Johannis, D. Petri, D. Mariae civis, Trai-
scanorum, Catharinorum, idque die D. Ge-
orgio sacro.

Anno 1563. mense Februario e Belgio Wil-
helmus Nassovius Aurantiae Princeps, Comi-
tesque Egmondanus et Stornius ad Philippum

II. Catholicum literas, propriis subsignatas
 manibus, mittunt, quibus Belgii ruinam insta-
 re scripserant, nisi Granvellanus Cardinalis
 cui uni fere totius Provinciae administratio con-
 cessa videbatur, omnibus tam nobilibus quam
 plebi odiosus, removeretur. Dicebatur huius
 pater fuisse procurator Dolae Burgundiae,
 quamvis et alii fabrum ferrarium egnorum,
troetsmit vulgo, velint, ac primum per patrem
 homini de S. Aldegonde promotum; unde
 ad eius nomen sic tudebant grandvilain.
 Ea invidia horum aemulatione omne inces-
 dium Belgicum ortum videtur, Divino ta-
 men consilio praecordinatum, ut lascivens
 diutiusna quiete Belgia, rerumque abun-
 dantia torpens, flagris excitata, ad bonam
 mentem reverteretur; nam

Iratus ad poenam deus si quos trahas,
 Auferre mentem talibus primum solet,
 Caliginemque offundit, ut ruant suas
 Furenter in clades, sibi quas noxius
 Accederunt ultro consiliis malis.

ea orat. Lycurg.
 ap. Plutarchum.

Ita nempe cum hominibus comparatum
 esse videmus, ut semper praesentia fasti-
 diant; recte Thucydides: semper subditi
 praesenti gravantur imperio, opinione
 non veritate. Vera quoque, et non tam

marmoris, quam auro inscribenda senten-
tia haec: omnis aetas de suo tempore con-
quæta, quæ docet humanorum densum
iniquitatem, et iniquum mortaliū de
presentibus iudicium. Florebat beatis in-
Julis adnumeranda Belgia ad luxuriam
usque et nauseam, omnia abundabant,
longa pace torpebant ingenia, pharmaco-
opus erat acriore temperat illud summus
medicus, lentaque procedit via. Haec
mea de prima harum turbarum origine
opinio; nec tamen eo inficias, Pontifici-
orum tyrannidem etiam dedisse causam,
sed et hoc, deo viam ad poenas præparan-
te, actum, credibile est. Audiamus nunc
Lipsii iudicium, quod est Cent. 1. ep. 4: sed
revera dicendum est, peccamus multi in
hanc partem: provocamus pericula, et la-
cessimus sæpe imperantes vana quadam
specie, aut superbae libertatis, aut incau-
tae pietatis &c.

Anno 1565. die XVIII. Martii, circa pri-
mam horam in Urbe Traiectina lucem
primam vidi (scilicet Arnoldus Bucchellius).
Stups paterna Bucchelliana in Ulbis
tam olim clara, quam avus Edmundus
Bucchellius, Vicarius Florentii Eymondani

Burani Comitis, ducta in uxorem Juditha ex
nobili Luleniourum familia, cui ab arce genti-
lita Bladenburgi agnomens ad Batavis trans-
tulit; materna vero ex libera Fridiourum gente.

Nomen mihi a parentibus inditum, cum
sacro fonte abluerem; Arnoldus, quod, licet
Latino more corruptum, purum tamen patrum
Frentonicum, aquilae cremiam, vel silvam de-
notans, vel aspidam tenentem potius, quae
mihi placet expositio; et sic dictos Germanico
vocabulo olim Romanos signiferos Aquilas,
Romani Imperii insignia ferentes, putarem.

Tunc si me facili vidissent lumine Musae,

Nec foret ingenio Pallas iniqua meo.

Natales venerare focos, quibus luminis auras

Hausi, cum vitae lumina depuleram;

Et postes violis coronare et floribus aras,

Sturagum belligero mascula fere Deo.

Sed mea fata vetant, et vano lubrica vultu

Fortuna, heu! votis semper avara meis.

Quod potero, Genioque loci, Genioque dici

Supplex demisso lumine vota feram.

Urbs, quae grata Deo, quae fons pietatis avitae,

Te nunquam summi Numinis ira premat!

Crescat in immensum vera tua gloria laude,

Quum Aethiura Batavis spectet et Oceanus!

Te quoque, Mars! puerum qui me de matre iuberis

Vidisti, placido carmine deveneror.

fas fuerit.

Armatum abde caput, flammantes deprecor iras,
 Urbem hanc et cives ne mala bella premant.
 Fallor, et attonitas Martis vox verberat aures,
 Caedes, Bella, Fugas, Fenebra faba parant.

Postridie Paschae Floridae, ut vocant, die Lu-
 nae Burchgravius Traiectinus, Dominus Vian-
 sis, ex singulis aedibus prope forum piscarium,
 diobulum accipit; habet huc sistendi ibidem
 et asyli.

Circa initium anni 1568, cum Jacobus We-
 senbeckius, Syndicus Antwerpiensis, propterea,
 quod religionem Evangelicam profiteretur,
 veritus, ne et ipse caperetur, discessit; trina
 citatione ab Albani procuratore admonitus,
 publicatis bonis, exulare a patria pronuncia-
 tus fuit, contra quem processum, ut iniquum
 et nullius momenti, libellum defensorium
 edidit ipse Wesenbeckius, qui impressus est
 in Januarii 1569. Credo, hunc in epistolis mor-
 tuum apud Ducem Wurtembergensem.

Anno 1568. die 20 Julii, Princeps Auian-
 tius apologiam suam primum edidit, ubi
 causam reddidit, cur arma contra Albanum
 assumeret. Exstant apud me (scil. Arnold.
 Buchell.) literae ad inferiores Germanos
 scriptae, quibus eos libertatis admonet.

Initio mensis Septembris eiusdem anni

valido exercitu Aurantius in Belgiam venit,
 symbola in signis desinperat: pro lege, grege
et Rege. Aliquot oppida cepit, occisis praedi-
 diis; Mosam transgressus est prope Stochem,
 sine huius onensis, quem Albanus sequutus,
 ad certamen descendere tamen noluit, sed
 observavit, quid rerum ageret. Aurantius
 interim de castris contmans, et levibus tam-
 tum proelium continuo abeuntem lacessens,
 nihil tentare ausus, cum stipendia mili-
 tibus diutius persolvere non posset, et
 paulatim dissipari exercitum videret, ad
 Germanos recessit, pluribus suorum amissis.
 Eius tum fuisse inopiae, ut ab iis, qui eum
 comitati fuerant, accipi, constat, ut eadem
 veste toto anno uteretur, eaque coriacea.
 Commodato et dederat Joannes Stormius, Box-
 telliae Baro, quatuor millia thalerorum
 Imperialium, quo nomine minus sibi sa-
 tisfactum querentem Boxtellium non de-
 mel audiri, quamvis id sibi imputare de-
 siderat, qui otiosus vivere, quam turbatae
 republicae se immiscere maluerat.

Erant tunc Aurantio familiares Petrus
 Oathenus, is, qui Palmos et Gallica lin-
 gua in Belgicam tradiderat; sed alius, qui
 hominem melius noverat, monuit Au-

rantium, ne nimium illi tribueret; esse ni-
mirum subdolum, qui stunderet dextro pede
calcare suggestum, sinistro cuiam, manum
vero ad loculos tenderet. Nec defuit dicto
eventus, cum post ignominiose dimitteretur.

Cum anno 1569 Conventum cum paren-
tibus commigrassem et Hispanorum violen-
tiam, fieri apud eundem occupatae nostrae
aedes in vico Vincemio, tabulato multis in
locis nudatae, partim in stabulum redactae,
partim hypocausto occupatae, quo ii, qui mor-
bo Gallico venereo laborabant, curarentur.
Vicus vero Vincemius nomen habet a nobili
quodam ex familia Vincemiorum, quae etiam
nunc existat. Hoc anno vicus Servatiani
a Magistratu clausus fuit. Vocatur quoque
quae Vicus Dominorum in Veteri Valle, qui
nunc Vincemius, habebantque, sub Episcopo-
rum dominio, Canonici Salvatoris hic suum
praetorem, ac supremam iudicandi potesta-
tem, quod ius ipsis Carolus V. Imp. ademit,
cum esset asylum hominum malefactorum.
Omnis vero ille tractus, a Monasterio Mag-
daleniano ad portam Albanam, prope
moenia inhabitatus diu, ac vallibus in-
aequalis fuit; unde vulgari vocabulo vo-
cabatur: in de oude dellen. Fossae vero

nova ante 100 annos cloaca tantum erat,
ad aggerem Martinianum perducta, unde
Canonici Salvatoris 1500 scutis aureis ma-
gistratus traditis, ad finem perfodi curarunt.

Vicum Vincemiorum in literis de a^o. 1536
Canonical. plateam Dominorum dici invenio,
atque mentione Vincemii; in literis vero de
a^o. 1470 plateam novam, dictam Dominorum.

Ubi Basilica Palatina aut Praetoria, olim
creduntur Lichtenbergiorum, insignis olim
et equestris familiae, aedes fuisse, a^o. 10 mi-
nitae.

Monasterium Carthusianum amplum ex-
tra urbem ad ripam Vechtæ fluminis fun-
davit a^o. 1342 Suederus D^{ns}. de Gaesbeck,
Putten, Strijen &c.

Anno 1570, die 16 Julii, Albanus secundo
veniam ante actorum omnibus concepit et
promulgavit. Cavet idem Albanus hoc tem-
pore, ne qui nummi valeret argentei, nisi
qui imaginem aut inscriptionem Regis
Hispaniae haberent. Librorum quoque pro-
hibitorum index editus.

Eodem anno, mense Augusto, Anna Au-
striaca, Maximiliani II. Imp. Rom. filia,
Philippo, Hispaniarum Regi, desponsata,
Antverpiam venit, et inde Helandiam pe-

tuit, in Hispaniam navigatura ad avien.
 cūlum suūm maritūm; nam ex Maria Caroli
 v. filia et Philippi sorore genita fuit, unde
 nescio quō non se extēdat Romani Ponti-
 ficis dispensatio, quae neutiquam, ut arbitror,
 a Divina dispensatione probabitur. Quae licet
 veteris testamenti verbis ipsi expressio non
 defendantur eiusmodi nuptiae, ex annexis
 facile coniecturam de iis capere quivis pote-
 rit; et purior iam Christiana religio non
 admittit, quae olim licita erant permette-
 banturque. At quae, quae, necessitas
 cogit sororis filiam ducere uxorem tantum
 Principem, in quem tot subditorum oculi
 erigebant, in tanta praesertim mulierum
 cuiusmodi conditionis copia? An tanti regni
 successio per incestos tantummodo concu-
 bitus poterat continuari? An per hos praeparatur
 via ad casum elatissimae familiae?

Anno 1571, die 27 Junii, nomine regio
 Albanis, harum Provinciarum Praefectus
 summus, edidit legem de permissione
 thaleroꝝ Germanicoꝝ ad certum tan-
 tum tempus admittenda, nempe usque
 ad nativitatem Christi, post quod tempus
 omnino eorum cursum inhiberi et illi-
 citum censeꝝi Belgis iussu.

Circa hoc tempus Hermannus Rutarus, xv. Junii occu-
Biscodüensis, arcem Louwenstein, ad Mosae parat, et in his.
Vahalisque confluentiam, munitissimam mem tenuit.
intrauit, ac per insidias, cum milibus
quibusdam Confederatorum, occupat, et
contra Regias copias fortissime defendit,
tandem tamen Hispani alio loco, quam
ipsi putauerant, invadunt, arcemque in-
grediuntur, omnesque praesidiarii ex ar-
boribus, in circuitu arcis, suspensi fuere,
ipseque Dux capite plexus, Biscodüensi
in urbe cadaver ad ingressum arcae arcis
suspensum est, et ego, tum puer, et Gori-
comio pedibus per Vahalim glacie clausum,
transiens cum parentibus, vidi.

Sub finem anni 1571 erat in aedibus
nostris miles Hispanus monoculus, qui
alterum oculum sclopeto perdidit, hic
ligneam fecerat, colore et forma virum
imitantem hinc exentilem, quemadmo-
dum de lamiis Plutarchus narrat, exime-
bat resumebatque, quando libitum erat,
motu tamen carebat, ita ut luscus ma-
gis quam monoculus videretur. Nomen
illi Jo. Franciscus. Erat is nobis ex favore
Tribuni militaris, ut volebat, ad ditionem
benigniorque; dicere nampe solitus erat,

ream maiestatis laesae omnem indicatam
Belgiam, praedamque concessam militibus His-
panis; omniaque, quae erant optifera, sibi
dari volebat, et non secus ac servi dominae,
ita nos illum, ex hanc forsitan aut stabulo rei-
ctus Maranico, observare debere iudicabat,
eoque procedebat, primum blanditiis, inde
minis, quo me sibi puerum armigerum ad-
diceret: obstabat summa ei mater, vim sibi
maximam fieri clamitans; nec hoc suffecit,
ni si armata a vicario deinde Tribuni iussu,
desistere coactus fuisset, et alio migrare.

Anno 1672, cum Albanus multa in Bel-
gio contra privilegia non tantum nobili-
um aut civitatum attentaret, sed et Ecclē-
siasticorum iura imminere inciperet, le-
gatio ex totius Belgii Ordinibus Ecclesiasti-
cis ad Regem Hispaniarum decreta, qui-
bus adhibiti civitatum legati, quorum que-
rela fuit de violenta Albani praefectura,
cuius legationis hic tandem exitus fuisse
videtur Albani discessus.

Huius anni 3. Aprilis Hispani circa
Paschatis, die albata Iovis, cum sequenti
die flagellationem publicam facturi essent,
conspirarunt in direptionem Urbis Traiecten,

sis, sed Deus sua pietate bonitateque solita urbem defendit, et conspirationis ca- pit, disrupta gula, in foro Palatino quatuor horas caecit, cuius pectori condemnationis sententia affixa erat.

Anno 1578 Philippus Alegondius Nois. carmius ab Albano, post captum cum classe Regia Bosuivium, relictus Quiberna- tor Ditionis Traiectinae, ne civitas diuiti- us externo milite gravaretur, permisit ad defensionem Civitatis erigi VIII. vexilla civium armatorum, quibus iuramento fi- delitatis inauguratis Civitas committere- tur. Horum primi praefecti Joannes Vel- merius, Iobrandus Lammius, Joannes Sa- cobus Leempatus, Joannes Gerardus Ame- conius, Antonius Ridderus, Cornelius Keffelius, Joannes Joannis Utervalius, Gjo- bertus Portmannus: Tribunus militaris Laurentius Nykovius: Quaesitor Marti- nus Porbius: Jacobus Hervardius Scriba usque ad annum 1588: Jacobus Junior Gpecopiis nuncius vel satelles et appari- tor Collegii militaris.

Primi vexillifer Joannes Helmontus; Praefecti vicarius Adrianus Meerlantius, et agnomen Flaminiis diu obtinuit: se.

cundi Gerardus Honthorstius: IIIⁱ. Nicolaus Canisius: IVⁱ. Franciscus Gerardus Bogert: Vⁱ. Henricus Hermannus Rodius: VIⁱ. Ioannes Albertus Bouth: VIIⁱ. Iodocus Urdinus: VIIIⁱ. Nicolaus Mierlois.

I. Flamin. Vermeer anno 1577. ad discessum Maximiliani Bossii, cum controversiae quid inter ipsum et Matthiam de Hembek, VIII. cohortis praefectum, exortum esset, et inter procula ad arma devenirent, Matthias vulneratus, quare de consilio senatus amotus, et in eius locum substitutus Bernardus Staelis; Signifer in fine anni 78 substitutus Helmontio Ioannes Strick Junior; Adriano quoque a Meerlant in Senatum adserto, eius locum obtinuit Cornelius Jacob. de Wette, velo in de hant; Joanni quoque Strick, electo in Ordinum Senatum, successit Cornelius Jacob. Geecopius.

II. Anno Christiano 77 successit Ioannes Cootwoycicus, qui, cum anno 1579 unioni se opponeret, privatus, et Albertus Fokius substitutus, qui, flagitante dimissione, successorem accepit Regnerum Veremium a. 1580, cuius non diuturnum fuit imperium, nam VIII. Junii eiusdem anni, propter homicidium, privatus praefectura,

et ei ad tempus substitutus Nicolaus de vius,
 qui anno sequenti confirmatus, locum tenen-
 tem assumit Adrianum Osterhemium, sed qui,
 propter pinguedinem inhabilis, officio renun-
 ciavit.

III. Defuncto praefecto successit Paulus Scoreli-
 us, quo a. 1581 renunciante circa Martini-
 festum, quo Magistratus initiaretur, successo-
 rem habuit Joannem Jacobum Gochium, usque
 ad 85, quo suorum invidia, insidiis partium
 Consistorianarum, ut Abrahami Cleuii, Joannis
 Meterii, Cornelii Duverdii, Regneri Veremii,
 amotus, et Meteres suspectus.

IV. Exauctorato primo successit Franciscus
 Gerardus Bogert, qui etiam a. 1586 eidem
 in officio quaestorio successit, et in suum
 locum curavit praefectum substitui patrem
 Gerardum Franciscum Bogerdum, ut sic im-
 perium, quod nimis in subditos suos cives
 exercuerat, quoddammodo retineret. Anno
 autem revoluto 87. eiusdem impetravit
 praefecturam, quam severius etiam quam
 prius exercendo omnium suorum officia-
 riorum animos in se concitavit, omnes in
 suspicionem crudelitatis adducens, unde
 odium illud Vatikianum inter ipsum et

Joannem Rivetdum. Vexilliferi fuerunt Wilhel-
mus Walterus Medius, post quem Volcardus
Cornelius Schooroyck, hinc Rinevelt.

V. Ridder circa finem anni 78. ob religio-
nis suspicionem, et quod unioni non satis
addictus haberetur, excommunicatus, cui successit
Gisbertus Ant. Vorstius, agnomine Nicolai,
quo amato 1585. Wilhelmus Conradus Levinus
successit, cuius vicarius erat Gerardus Erne-
stus; Signifer vero Nicolaus Petrus Aucep,
cum a. 79 Rodii locum obtinisset Alber-
tus Stephanus Melodinius, quod difficilem
se ad obsidionem Amerfortiensem praebuit.
Set; Scriba Joannes Wolfwinckel.

VI. Foras profecto Kesselio Richardus Anto-
nius Boekhorius, cui agnomen Calebaert, suc-
cessit; a. 81 amato Richardo circa Mastr.
ni substitutus Petrus Balthasar Vooch. a. 82
85 Antonius Malsenius, quo mortuo 27 Se-
ptembr. 1586 successit Henricus Gerardus
Brandewynman, et a. 87 Wilhelmus Thomy
Wellius; Signifer Joannes fil. Huberti Buth.

VII. Hinc Turcoae agnomen diu fuit, quod
in signis Turcarum emblemata et formasse-
rent cum elogio condigno: in spijt van de Mij-
Liever Turcksh dan e'apiet. Joanni Bottayca
successit Cornelius Gisbertus de Cullenburch,

cui vulgo agnomen datum fistularii a. 80,
et St. Joannes Meeckerus vocatur. Signifer Jo.
annes Fredericus.

VIII. Sanguinariūm habet agnomen. 24 Febr.
defuncto primo a. 76, ei substitutus Matthiay
de Hensbeck, hospes Coloniensis domi, quō
exalictorato circa Martini a. 81 successit Jo.
annes Henricus Gaperb, a. 87 Gronsvelt, et
Signifer Wilhelmus Vadius.

VI. Februarii 1573 obiit Traiecti Philippus
Dns. de S. Aldegonde et Noircarmilus.

Eodem anno ad excubias agendas turres
et aedificia alia partim restaurata, partim
de novo constructa tūm fieri: Arx Martis
prope Telonariam, Turris Maria, Turris im-
bilis vel perdita, vernacule Verloren kost, Schuy-
stoel sive Sterkenburch, Turris Stephana
Turris Obvrsa, Turris Vnglica, Turris Dana-
rum, ad Scholas Hieronymianas, ad Sorores por-
tentantes, Arx Solis, Turris Servatiana, Arx
Lunae.

Cūm hoc anno quidam ex petulanti in-
ventute ciconiam interfecisset, multi pessimi
id omnis esse dicebant, ac adeo aversaban-
tur eū, qui facinori causam praebisset,
ut is e vicinia discedere cogeretur.

17 Novemb. anno Jul. 1573 venit ex Hispania ad Belgiae praefecturam missus Ludovicus Regescentius; nam Rex, cum accepisset, magnas turbas excitatas a Belgis, ob decimas honorum ab Albano petitas, hunc revocavit.

10 Decembr. Ferdinandus Toletanus, Aethiae Rex, Hispanias et Belgia petiit, cuius nomen apud Belgas execratum ob crudelitatem et invidiam posteris. Hoc tamen laudis ei attributum olim a Carolo V. Imp., vere militem fuisse, et etiam ab inimicis hoc ei datum elogium, neminem sine forma iustitiae ab eo condemnatum, nec ditiozem ex tam opulenta praefectura in patriam rediisse.

Anno 1574. principis mensis Octobris, Lugdunensis ager omnis inundatus, aggeribus undique per Aemulos disruptis, et classis Genitorum per campos inundatos ad solvendam urbem profecta, duce Ludovico Boisotto, Zelandiae classis praefecto, cum 25 turribus, et 10 longis navibus Philippus Salverius, Tribunus armamentarii, ad impedimenta relictis. Classis Boisotti et classis Zelandis constabat, hominum ad id genus durum et barbarum, et, ut Maro ille Gallo. francus, Salvastius Babas:

qui sont le plus sours

Plus traîtres que la mer plus mutins que le vent.
 Horum emblemata tunc temporis erat lunula
 argentea cum inscriptione: liever Turksch dan
Papst; discentes, si vel ipse Imperator, vel
 Pontifex, vel Gallorum Rex una Hispaniarum
 in navibus a se rectis reperirentur, eodem,
 quo quemquam ex omnibus Hispanorum, tra-
 ctarent modo. Ex his quendam crudele et
 non humanum edidit facinus; Hispani nem-
 pe a se occisi cor ex corpore extrahens, den-
 tibus dilaceravit, et ab se abiecit, ac cani-
 bus ut manducarent praebuit, dicens: non
 omni sapit ista caro; Quod Douza hinc
 versibus expressit:

Lugdunum cingit Batavorum miles Iberus,
 At Batavo contra cingitur ille mari.
 Non opus est gladiis ferroque vigentibus armis,
 Solae pro Batavo belligerantur aquae.
 Iacturam pecoris Batavis quam fecit et agri
 Humano decies sanguine Iberi. Cives.
 Mercator sapiens tamen haud mercabitur una
 Hispani generis corpora mille bove:
 Macra caro est; nuper cum cor guttasset Iberi,
 Respiit, et canibus nauta vorare dedit. &c.
 Cum 8 Octobr. 1571. Hispani pro stipendio tu-

múltantes, Amsterodamo venientes Frisectum
Batavorum, urbem vi occupare conati, a Gillo
Barlammontio Hiergio, Praefecto urbis, et Baldeo
ut seditiosi et rebelles condemnati, portam Hispani-
talem igne et armis invaderunt, civibus illam
defendentibus, ad 50. Hispani occisi sunt.

17. eiusdem mensis, Duce Joanno Biano,
summo mane Hispani portam Catharinianam
invaderant, ipse Dux in urbem irrepserat, et
aliquot vigiles cum suis occiderat, cum cives
summo impetu invadentes repellerent, ipsum
que eorum Duce[m] multis vulneribus occiderunt,
ubi utrimque aliquot occisi, at Hispanorum
maior caedes facta, civibus iam tota urbe ad
arma excitatis. Chius anni numerum hoc ex-
primit distichon, ab Hieronymo Crommio com-
positum:

Moenia Fralecti Regi non IAVs Ibervs
Ascendit, noCet en fraVs Ibi Coeca dolo.

Primo Januarii 1575 Supplicatio Hieronymi
Crommii, Rectoris, exhibita Praesidi Frederico
Scenorio, qua levamen sui oneris quaerit. Ex
hac hi versus, petitorum summam complectentes:

Vox tribus et summis servit mea classibus una,
Quarta, secunda et tertiae;
Non oneri sum par, schola culmine ruet ab illo,
Ni vestra fulcat hanc manus.
Debita qui solvat superest et nemo labori
Docentium stipendia.

In Augusto 1576 mira ventorum vis, in Urbe
Ultraiectina grassata, turrium suprema edificia
plumbumque e tectis vel extra urbem deportavit.

21 Decembris eiusdem anni Hispani, quibus
iam diu custodia arcis pacis Ultraiectinae
commissa, cum se iam hostes Belgiae indicatos
accepissent, circa meridiem ipsius D. Thomae
festi eruptionem in urbem fecerunt, nil tale
metuentibus civibus, sed statim repressi in
arcem se recipere coacti sunt, ac obsideri hinc
arx coepit summa civium cura; et, cum tor-
mentis bellicis, quibus tam validam et mi-
nitam oppugnarent arcem, carerent, a victi-
mis militibus sunt. Sequentibus duobus diebus
incendium vicina loca corripit, sed alacritate
civium coextinctum. Ex turribus hinc petere
Hispanis coepere; quare Mariana una ap-
tus et tormentorum disiecta, Jacobea ad vi-
nam propinqua fuit; multorum quoque civium
domus, ut Compostelliana, Canwenhoriana,
et aliorum crebris ictibus petita et corrupta.
Praefectus arcis erat Franciscus Davila. Erat
in arce tum Praefectus Fran^{cisca}nonum fra-
trum, Godefridus Leodeus, qui Hispanos, tam
quam egregius tubicen, continuo animabat
et, ut viriliter ferrent obsidionem, hortaba-
tur. Sperabant etiam hi, aliunde subsidium

venturum, vel aliquem motum a civitatibus
Germanis, quos quotidie sollicitabant, oriturum.

Anno 1577 die XIII. Februarii, Aux pacis ab
Hispanis dedita, Gillis Barlamantio Stiergio
et Maximiliano Bossuio, viris Praefectis, anni-
tentibus, quibus 27. currus concessi ad impe-
dimenta vehenda. Cives iam ad oppugnati-
onem praeparaverant pontes tres, oneribus
que applicaverant, ad ascendendum cummodos,
et tota obsidione magna alacritate visi fue-
rant, quamvis plurimum damni tormento-
rum ei paterentur. Hinc verum esse potuit,
arces firmas esse compedes ad exiguum mo-
tum, at fragiles ad magnam et communem.
Aux primum a civibus aliquam diu custodita,
inde, abductis in civitatem tormentis, a civi-
bus dirui coepta:

MLt CraCht en groote Cost

Is VtreCht Van VrebVrCh VerLoot.

Sub finem huius anni Joannes Austriacus
hactenus Belgarum ab Ordinibus indicatus est,
et in eius contumeliam hic versiculus diru-
gatus:

Si Sidas n' eust pas etc traistre,

Matthias n' eust etc apostre.

Initio anni 1578, cum Traiectenses vereren-
tur, ne quid incommodi ab Amstelodamen-
sibus, qui partes Joannis Austriaci fove-

bant, acciperent, quibus iam addictior e-
 rat Praefectus Abcaudanus Theodoricus Sca-
 pius, Praefectura a Boffivio contra volunta-
 tem, ut videbatur, Traiectensium donatus, eo
 Richardum Bochoium, cum Petro Voffio, eius
 legato, miserunt, qui summo mane, absen-
 te Scapio, arcem Abcaudiam occuparunt, et
 suos ibi cives custodiae causa reliquerunt.
 Verum Praefectus Scapius eandem VI. Martii
 recuperavit, quam tamen adductis a Tra-
 iectensibus tormentis, restituit, non sine suo
 et colonorum damno, quod Bochoius repa-
 rans cum eis ageret, qui propterea proximis
 equiritis parum amice a villicis exceptus est.

Initio mensis Februarii eiusdem anni
 Vectigalia et onera publica Frumenti, Salsis
 Pecorum &c. aucta ad dimidium, ob sumptus
 in obsidione Arcis Treburgi factos, et ad no-
 ram urbis amuntionem, et monumenta, quae
 nunc exstant, erigenda, faciendos. Ad ea
 quoque coacti Ecclesiastici, qui hactenus ab
 omnibus oneribus publicis immunes fuerant,
 et ceteris civibus aequati.

Eodem mense Ordines et Aurantius ab
 Ecclesiasticis ornamenta aurea argenteaque
 ad bellicos sumptus petierunt, quod et 18. Au-
 gusti A. 80. iterum tentarunt.

Die 7. dicti mensis Ecclesiastici, Nobiles, Senatores, civis cumque ordinis et conditionis homines, circum cohortibus adscripti, et vigilias nocturnasque excubias agere aequaliter cum civibus coacti sunt.

Mense Junio, Fraiecti hostis rei publicae indicatus Joannes Austriacus, idque iurisdictione ab omnibus confirmatum, sed cum Franciscani fratres idem iurare recusarent, 27. die urbe exacti sunt, exceptis tribus vel quatuor, senio multo confectis, cum uno atque altero daico, ut vocant, qui eos servirent, ac in Monasterio suo ad finem anni relictis sunt, quando solum vestire coacti, et suis minimis aedes condicere, fuerunt. Habitarunt primum in aedibus van Voordius, vicinis Montfortius, et deinceps prope hospitale Quintinianum, ubi ad hoc usque tempus manent.

17. mensis Augusti, Petrus Dathenus a Senatu Fraiectino obtinuit Evangelicis Reformatis templum Franciscanorum iam vacuum, sub conditione, quod in eo nihil innovaretur, nec quoque imagines tollerentur. XVII. Kal. Octobris publico edicto cautum, ut sine tumultu imaginibus templum illud vacuaretur, et cuique quod suum esset auferre liceret. XXIV. huius mensis ibidem ad aliquot hebdomadas, donec

Francofurtum ad functionem suam revocare.
tur, conclonatus est Werferus Helmschius.

Hoc mense (nempe August.) concordiae Pro-
vinciarum confederatarum edictum, quod
Uniam vocant, Ultrajecti concessum, rursum
1x. Kalend. Decembr. et anno sequenti circa
Epysthaniam promulgatum, cui cum Joannes
Medemblicius, Joannes Wachtelarius,
Splinterus Hamersfeltius, Nicolaus Mies-
lois, Joannes Coobvicius, Joannes Cuyretor-
vius, contradicerent, et non esse ex utilitate
Reipublicae Traiectinae rationibus certis con-
monstrare conarentur, tamquam seditiosi,
et in senatum rebelles, in vincula conlecti
sunt, verum circa Pontiani relaxati, excepto
Cuyretorio, Salvatoris Canonico, qui aegre
tandem, V. Kal. Febr. anni sequentis, favore
Georgii Salainii Vilae Baronis, dimissus, et
pristiniae libertati restitutus est.

Anno 1579. die 30 Januarii, Egmontius,
Antonius Brantius, M. Everardus Scacius,
Joannes Westrenius, Cos. Arnesfortii, Tra-
jecti ab Ordinibus detenti, quod impensas in
obsidione arcis Treburgi factas conferre
ex decreto Ordinum nollent.

14. mensis sequentis, Arnesfortii rebelles

(v. p. 172.)

ab Ordinibus iudicantibus ob dictam negatam
impensarum, in obsidione Treburgenſi facta,
num, collationem, et quod Unioni ſubſcribere
noluiffent.

7. Martii obſidere Traiectenſes Amerſpor-
tium coeperunt, et maioribus tormentis mu-
ralibus ſive muriſ fragilibus concutere; verum cum
ſe imbecilliores Amerſportii cognoviffent
nec ſatis munitos ad deſenſionem, 10. huius
mendis ſe dedere, ac praediſidium Ultraie-
ctenſium admittere. Ioannes Brivesius,
qui ſe illic aliquam diu continuerat, inde
Embricam ſe ſubduxit, quo Coloniã a.
grippinã proſectus eſt.

VIII. huius mensis Evangelicis Reformati,
prima quãdrageſimae Jeſuinalis Dominica,
coenam Chriſtianã in templo Francisca-
norum celebrarunt.

XXV. eiusdem, Terſis Annũnciantibus, clau-
ſtra Ultraiecti Monachorum Monachorumque
relaxata, vota, utpote multoties coacta et
inũtilia, remiſſa; et libertas habitum reii-
ciendi inatim monachorumque contrahendi, affi-
gnata annua portione, conceſſa, ad quã
pollicitis praeremiusque invitati, nulli vero
coacti ſunt, quamvis anno 82 a Lanſoro-
nio et Malſemo, Monachicorum rerum

diuinis, ad resumenda alia vestimenta
ex mandato coacti fuerint.

VIII. die mensis Augusti vendita aedes
S. Crucis in suburbio Albano, quam Theo.
doricus Rugschius fundaverat anno Chri.
stiano M. CCCC. VIII. ubi crux olim multa
miraculorum fama vidisset illic scipiones,
linteamina, quin et ferrea arma, voti et
religionis causa suspensa, pedes praeterea,
manus, brachia, boves, equos, oves &c. ex
cera. Frequenter abatur ideo locus iste su-
perditiosa pietate, etiam a peregrinis.
Demoliri dein coepit, hospitali emanente,
ab eritore Christiano Joannis, pistore in
piscario, ipis feriis Laurentianis. Quo
etiam tempore miserorum sepulcra cum
hospitali D. (si fallor) Pusti in suburbio
Catheriniano, fundamento tenui sublata
fuerunt.

XXVI. huius mensis, auctoritate Senatūs,
argentea aureaque ornamenta paroechi-
arum Civitatis et Nicolai, si quoddammodo,
do, ab aedilibus, quos Fabricos vocant, abla-
ta sunt.

Anno 1500 die 25 Januarii, ipso S. Pau-
li festo, in templo Martiniano duo sa-
cilegi capti, quorum alter deidendis quin-

to Martii in patibulum sublatu, alter per puellam passis crinibus exoratus.

Mense Martio imagines e templis quibusdam effunduntur Traiecti, quod hoc acrosticho annotavit Ar. Ezechius:

Vespere No nona Traiecti Cuncta rvebant
Saera dolo nonis Martie fracta tvis.

Tunc quoque, insaniens plebs, Regis Hispaniae, cum indigna passim deiecta, exemplo aliarum, verumpub. quod tamen sanioris iudicii ho. omnes minus probabant.

XIV. mensis Aprilis eiusdem anni processum a Traiectinis ad venditionem Abbatiae Laurentianae in Oostbroek, Abbate voluntarie cedente.

XI. Maii impositum singulis fumaris in urbe Traiectina 12. stuperorum tributum, quorum dimidium proprietario cederet, alterum inguiliini damnum esset.

XVII. eiusdem venditum Coenobium Cathol. Franorum ad Vechtram, Priore nequicquam de oppoente.

XVIII. Iunii publico edicto Traiecti inhibendum Ecclesiasticis celebrare Coenam Dominicam ante baptismi are Onore Catholico. Romano, ne, quae vestibus clericalibus, ut vocant, incidere

Idque poena privationis beneficiorum, aut quibus nulla essent beneficia, & florentinum, aut alia pro arbitrio Senatus inroganda.

XXVIII. eiusdem Constitutum apud Ordines Traiectensium de quinto nummo omnium decimarum tam sacrarum, quam profanarum, esse Regione Traiectensi in publicum conferendo.

XV Julii facta iconomachia templi Martiriani, postquam aliquandiu occlusum fuisset.

XXII. eiusdem festo Magdalenae bis ibidem concionati sunt. Deformatae religionis homines.

Anno 1581 die XI Ianuarii diu consultum, quae disputatum in Collegio Martiriano Traiecti, an Reformata religio, ut plurimum, sollicitabantur, in eorum templo esset admittenda, quum superiori anno bis coacti ad id fuerant, et pridie Pontirani in Collegio negandum statuerunt; postridie vero quidam religioni addictiores convenienter contrarium concluderunt, instrumentoque confecto religionem admiserunt, frustra reclamantibus, et priori concilio, legitime facto, acquiescendum esse dictitantibus ceteris Canonicis, scire, qui subscriperunt postea.

viori sententiae, Anthonius Galema, vicidecanus,
Theodoricus Witenhorstius, Joannes Monta-
nus, Syfridus Gravestinius, Gerardus Ahede,
Joannes Scadius, Joannes Zulenius, Wilhel-
mus Clevus.

XV. eiusdem Werthernus concionari coepit
in templo maiori, quod ad hunc usque diem
continuatür diebus dominicis et Iovialibus
ante meridiem. Senatus Traiectensis scor-
ta publica urbe exegit, ob homicidium, in domo
meretricia circa Altas Virgines (vulgo het
huys met de trappen) a filio Cornelii Gysberti,
cui vulgus fistularii agnomen dedit, quod
olim exercerat in Minus in arce Frieber-
ga, commissum. Cum autem Maria Roestia
praeter edictum rediret, publice virgis caesa,
ac urbe iterum exacta est.

In Quadragesima, quae hoc anno (sc. 1581)
initium habuit VI. Idus Febr., auctoritate ma-
gistratus, macellum ter in hebdomada apertum.

Principio Martii aedes Prothagii, Schuini-
gii et Grisperii (quod citati non aderant)
in fiscum redactae, et publica auctoritate
locatae fuerunt. Suppellex est auctione pu-
blica vendita V. eiusdem, vel circa Laetare
domicum Coenobium Dominicanorum in offi-
cinam textorum conversum.

Circa Paschatis solemnia institutum, ut

orphani iuxta reformatam religionem in-
stituerentur, et conciones parochiae Jacobita-
nae frequentarent, paedagogo Joanne Gau-
dano, qui id recusaverat, sequi facturum
constanter negaverat, amoto.

Hoc tempore restituta organi Petriani
pars, ac globus ferreus ibi ex catena
suspendus, qui ex Trebùrga ab Hispanis
fuerat emissus anno 1577, cum a civibus
videretur. Utrumque hoc tetrasticho in-
dicatur:

Accipe posteritas, ex quo Iacvere remota
Insanente sa Crillegio

LIVIDVS hostili tormento hoc navila fregit
EX pacis arce Cantaber.

Die VII. Martii vendita templa Francisca-
narum et Hierosolymitanum. Hierosolymi-
tanum erit Nicolau^{us}, ^{Fredericus} Freyermannus, Vitmanus,
et dicitur.

Circa hoc tempus Parochiani d. Nicolai,
conservandi templi sui causa, ne demoli-
retur, et ornamenti gratia, alteram turrim
ex parte altiore fecerunt, horologium in-
posuerunt.

IV. Septembr. 1581 virginum Monasterium
Bethlem, propter suburbium insulente, amoc-
num admodum et structura validum, ven-

ditum, et paullo post ad fundamenta demolitum.

VIII. eiusdem Sacellum Martinianum, in Suburbio Insulensi, funditus dirutum, et Coenobium Vestalium, in amoenissimo loco agri Traiectensis Sutorum Vici Veneris, verum expositum; ablatione turrium, multorum nobilium, quibus ibi proles suas haberent, intercessione hoc tempore redemptum est, verum deinceps anno 1584 prosus destructum, et igne consumptum est. Fundatum hoc olim a. Christiano M. C. XXXV. a Mechtilde Castellana, ab eademque et Ottone Castellano, sive Büchgravo Traiectensi dotatum, confirmatum vero sub Godofrido Rhenensi, Episcopo.

v. p. 30.

IX. eiusdem Curia Provinciae Traiectinae, ob gradantem pestem apud orphanos, ad aedes Miripii, nunc Büchellii, hinc ad domum Episcopalem translata, ibi haecit ad nativitatem Christi.

XIII. eiusdem ex templo Petruano imagines eiectae.

Mandatum ab Ordinibus circa hoc tempus, ut omnia Regia sigilla ad se deferantur, et ne Regis insignia aut nomen monetae insculperetur.

XIX. Vianenses Ecclesiarum Reformatioe
religionis Calvinianum eo, quod venerat
adue infirmas epidemia laborantes, eieci-
runt, at eius loco Lutheranium assumerunt.

XIV. mensis Decembris Patres Vestalium
edicto coguntur migrare, nec ad eas redire,
quod nonnullis factum.

Lieven Keersmaker La Rue getotten
Zeeland p. 548. verhaald van hem
het verhaalde by van Heid Nederl.

Orl. p. 110. Zie ook van hem — Lipsii
opse. Tom. 3. p. 1061. 19. Boxhorn
Chron. v. Zeeland 1. D. p. 466. welke
laatste alleen van hem zegt, dat hij in
de Schritten van Lipsius, om zyn verstant
en geleet thijt, zeer gepresen werd.

cura, tamquam aulae praefecto, commissa
est: huic vicarius datus Melvilius, qui
familiae praecipuam curam habet. Prae-
terea pater ipsi dedit IV. pueros, paedagogum,
Vilertium indiper, adolescentem nobilem
et studiosum, tum qui essent a cubiculis,
a poculis, item pictorem, coquum, equitum,
stabularium, et Mariam lavatricem, praeter

ditum, et paullo post ad fundamenta demo-
stratum.

VIII. eiusdem sacellum Martinianum, in subur-
bio Insubrensi, funditus dirutum, et Coenobium
Vestaltum, in amoenissimo loco agri Braie,
obensis situm Vici veteris, venum expositum;
ablati

ibi pro

prore

prosu

Funda

a Mec

tone

dotat

Abene

IX. ei

grada

Mirapin, nunc evanescentem, cum in

palem translata, ubi haesit ad nativitatem
Christi.

XIII. eiusdem ex templo Petreano imagines
eiectae.

Mandatum ab Ordinibus circa hoc tempus,
ut omnia Regia sigilla ad se deferantur, et
ne Regis insignia aut nomen monetae
insculperetur.

XIX. Vianenses Ecclesiam Reformatam religionis Calvinianam eo, quod venerat ad huc infirmos epidemia laborantes, eiecerunt, ac eius loco Lutheranum affunderunt.

XIV. mensis Decembris Patres Vestalium edicto coguntur migrare, nec ad eas redire, quod nonnullis satis grave, cum dulcissima consuetudine et summa commoditate earum, quas vegeta aetate multis, et saepe nimis officis, sibi devinierant, in senio eaere cogentur.

Anno 1582. Mauritiū Nafforiū, Aurantii filium ex uxore Saxonica, Lugdunū Batavorum studiorum causa a patre missus est, ei que studiorum socii dati Philippus Nafforius et Philippus Merodius; item Witenhorstius, Dominus Somsbecanus, cui eius cura, tamquam aulae praefecto, commissa est: huic vicarius datus Melvilius, qui familiae praecipuam curam haberet. Praeterea pater ipsi dedit IV. pueros, paedagogum, Vilegium insuper, adolescentem nobilem et studiosum, tum qui essent a cubiculis, a poculis, item pistorem, coquum, equitorem, stabularium, et Mariam lavatricem, praeter

eam feminam nullam; equos quingua et duos
pro Praefecto.

IX. Kalend. Martii Franciscus Valesius Alan-
lonius Antverpiam venit, et Du^s Brabantiae
paullo post proclamatus est, multis usque
Summis Franciae, Angliae et Belgiae pro-
ceribus comitatus. Annuum hic exprimit
versiculus:

1582.

FRANCICA CVM Belgis ConCVrrunt foederant^{ur}.
Circa hoc tempus non desierunt Reformati,
quos Consistoriantes vocant, omnem movere
Lapidem, ut Concionatores D. Jacobi eiusque
parochianos, quos Libertinos vocant, eo quod
nullis vinculis arctari, sed libera tantum
religione uti vellent, in suam classem per-
traherent, ad quod cum D. Hermannus Fri-
so satis inclinare collegae Erasmo videretur,
is, quod hoc plane improbaret, et minus sta-
pendii quam Hermannus recuperet, Traie-
ctenses valere iussit, ac in eius locum sub-
rogatus est Jaco. Erasmus autem deinceps,
auctus poenitentia, undique conditionem
conquirens, tandem Merkerkam, pagum
dominii Vianensis, pervenit; verum, cum et
ibi difficulter ei solveretur, locum reliquit

et simul concionandi munus.

Canonici Regulares circa idem tempus
in arctum coquantur; Carmelitarum Coeno-
biū in textorum officinam convertitur,
cum hi ante templum Dominicanorum te-
nuissent.

Brigidiani fratres coacti maniacum reci-
pere, et illi necessaria tribuere.

Mense Maii Jacobus Potterus et Floren-
tius Veditus Bibliothecam a Carthusianis,
et aliis ex locis, collegerunt, ut in templo
Joannitarum Bibliothecam publicam eri-
gerent; verum ea, mutata sententia, in
templo S. Joannis constituta, et, nemine
eius curam suscipiente, a multis distracta,
frustra eam reducere conante Hugone Ruy-
schio, pene concidit.

Initio mensis Junii Senatus Traiectensis,
ad ornatum Basilicae civilis, turrim supra
eam erigere cum horologio, campanulis
ex Joannitarum aede huc translatis, quam
quidam eo, quod ex variis Coenobiorum tem-
plorumque reliquiis constaret, Sprockelen.
burgh dixere, ac eo nomine creditur Jacobus
Aylus, Apothecarius, in carcerem ductus.

Anno 1583 Brabantii, Hollandi, Zelandi correctionem anni Gregoriani comprobarunt, et suis in urbibus in gratiam Francisci Valensii Alençonii admiserunt; Geldris interim, Frisii, Traiectinis veterem stilum retinentibus, quem admodum Angliæ et Germaniæ magna pars constantiter facit.

XX Januarii huius anni Gallica concio Im. lecti apud Regulares per Vertherum Helmichium fieri coepta. Et hoc quoque tempore demoliri coeptum templum Orphanorum, d. olim Elisabethæ sacrum, Orphanis iam anno superioris ad Regulares onense Martio translatis.

XXVII. obiit Joannes de Montfort, ultimus, ut credo, eius stirpis, relicto herede sororis dñæ de Moreaume filio. Post huius obitum 3. Martii Montfortii concionatus est Vertherus Helmichius, atque idem saepius tentatum; verum Praefectus tandem eam ecclesiam commisit Henrico Balchio, qui a Reformatis Nicopolis Hollandiæ expulsus; verum ultra triennium non tulit: anno nimirum 1586 coachis se addicare, nisi conformem se aliis Evangelicis Reformatis redderet.

Hoc mense Cornelius de Stooch, qui se Caroli V. Imp. notitium dicebat, seditionemque

ac res novas tentabat, Itagae capite trun-
catur, et tamquam proditor in quatuor
partes decatur.

Kalendis Maii a quibusdam maleferatis,
nescio an Senatus consensu, invaduntur hor-
ti Prigidanorum fratrum, ex quibus permis-
sente Senatu, locum exercendi Bombarda-
rios fecerunt.

Eodem fere tempore Traiecti templum do-
minicavorum, cum Coenobii parte, demo-
liri coeptum, ex cuius lapide deinde, ad
forum piscarium, pons largior factus re-
stauraturque.

Alexianorum sive Cellitarum aedes in
officinam textorium paullo post sunt con-
versae.

XXI. Augusti, Ultraiecti ad arma concla-
matum, et singuli sub suis vexillis convo-
cati Cives, ab hora tertia vespertina ad
diem sequentem perseverarunt, volentes,
protinus plebiscito tolli vectigalia cerevi-
siae et frumento imposita; circa horam VI.
vespertinam Senatus, graviora veribus, so-
nitu campanae praenio, edicto publico ve-
ctigalia illa abrogavit. Verum cives, ceteris
rationibus persuasi, 2. Septembris pristina

sibi onera imponi passi sunt, sub conditione tamen, ut, si fieri posset, circa Victoris festum gravamen illud penitus tolleretur, ceterum nil praestitum, quin imo in Novembri processum ad exactorem singulis civibus eorum, quae domibus impositi tributi, quod in Junio M.D.LXXXI conceptum, contradicentibus nonnullis, ad hoc usque tempus dilatum fuit.

XII. Franciscus Verdugo, Frisiae nomine Regis Hispaniarum Praefectus, Zutphaniam occupavit, unde Traiectenses, sibi metuentes ob hostem vicinum, papisticae religioni addictos ab excubiis portarum excludunt, et certos iuratos excubitores assumunt, et quidem

XVI. pro singulis portis, ad quorum solutionem novae impositiones excogitabae, quod ad ferias omnium Sanctorum duravit, quando, metu illo evanescente, iterum ad solitas excubias res redacta est.

Anno 1504. circa Pentecosten moenia collapsa prope paedagogium Hieronymiana, nunc restaurata, demolita ad eam rem terris Masia prope fanum Gertrudis; verum ob operis firmitatem plus operae in ea demolienda, quam commodi, factum, quare XVI. Septembris Chronis Brigidarum,

cum templo Antonii ad suburbia Laurech-
tana, diruuntur, et lateres eo deportan-
tur, quemadmodum lapides ex porticu
Nicolaitarum, superiori anno diruto. Ant.
wijck quoque plane dirutum.

XX. Maii in festo Pentecostes Traiecti in
Bequinagio, ut vocant, ob amissam cele-
bratam, us aiebant, grassatum; pepla
Bequinis et aliis mulierculis demacta:
verum post id tempus, auctoritate Sena-
tus, cessavit privatorum haec inquisitio,
in gratiam, ut volunt, Iodoci Sueteni
Vilertii, Gubernatoris, et cuique sua domus
libera relicta.

Circa idem tempus auctae cerevisiarum
impositiones, et duo Stuferi singulis va-
sis impositi. Coctores se opposuerunt ab
initio, sed frustra, petentes, ut civibus in-
terdiceretur, ne ipsi privatim cerevisiam
coquerent, atque ut illi qui extra urbis
terminos habitarent, idem persolverent,
quam et Aurantium ea de re adierunt, sed,
reieci ab illo durius, re infecta redierunt.

Principio Octobris, circa Remigium, Tra-
iectenses impositiones spectum cornutorum

ad vigesima deductae, quo tempore Vilelmo Traiectensium praefecto, VI. ministri armati, Hellesbardarios vocant, praesidii et honoris causa dati, quibus singulis in annum, praeter vestitum, XXX. floreni ex aerario publico nume-
rabantur.

XVI. Novembris, legati nostri Traiectenses He-
milius Amstelius a Minden, substitutus in
locum Godofredi Ahedii, et Joannes Rengerus,
Canonicus, profecti cum reliquis Bataviae
legatis in Franco-Galliam ad Regem Hen-
ricum III., et tentatum, an defensoris nomine
Confederatas Provincias in tutelam vellet
suscipere, qui, laute splendideque habiti, in
Majo anni sequentis, re infecta, rediere.

Anno 1585, mense Februario, Traiecti con-
ciones Gallicae ad templum S. Joannis trans-
latae, ubi 1^o Septembris inceptae similiter
Anglicanae. Principio huius mensis im-
positi super Amam (vasis id genus vini) V.
floreni, et vas cerevisiae florenus, aceti IV.
Stufferi.

(v. p. 117.)

VII. Aprilis, Jacobus Affius, Apothecarius,
ob linguae libertatem in custodiam conie-
ctus, ibique ad XXII. detentus.

XVII. Maii, Traiecti edictum matrimoniale
publicatum, ut qui a Reformatis not.

lent coniungi, proclamatione ex Basilica
civili praecedente, coram legatis, et Senatu
electis, et reip. a secretis nuberent. Primi
fuerunt Iasparus Montanus cum Ioanna Re.
gia, Otto Prosantius cum filia Gisberti dan.
cronii.

VIII. Iurii in urbe nostra inchoatus pons
versatilis portae Felonariae, et reliquiae
Oerndochii D. Iusti, quod fuit in suburbio
Cathariniano, penitus dirutae sunt, lapides
que cum iis, quae ex crypta Martiniana,
in hoc aliisque opera publica consumti.

XI. Traiecti Martinus Scenicius, Adolphus
Mursiacus, aliique nonnulli ad Paulinos
inter pocula chrisma ex summo altari
absulerunt.

Anno 1586 Traiecti multi mortales occi.
dere morbo, nondum medicis satis explor.
rato, vulgo Engelsche ziekte vocabant,
quippe quam Angli in Belgiam adduxerant,
ii nempe, ob aëris insuetudinem, et pluvii.
marum rerum inopiam, magno numero
apud nos mortui sunt, quum apud suos
miseri cordiam non invenirent, ac non tam
militis, quam mendicis facerent; unde
unde Ultrajectensium proram in Anglos

pietatem etiam poteri memoria erunt celebratissimi aeterna.

XXIII. Januarii Adolpho Nuncario, Mursiae Comiti ac Gubernatori Frascobino, Ordines concesserunt Hortos Pallinos.

IV. Idus Mart. Robertus Dudlaeus, Comes Leicestriae Vicarius Reginae Anglorum, ad suscipiendam, nomine Reginae, defensionem Confederatarum Provinciarum Belgicarum, Frasci inauguratus est. Postquam nimirum Ordines nullum a Franco-Gallorum Rege subsidium impetrasset, hanc adierunt, auxilium contra Hispanos petiit, omnia in eius manus se tradituros pollicentes. Illa tantum, loco hypothecae, petiit Wippingam Ostendam, Bergas ad Limbum, Brielas, opp. pida Zelandrae, Flandriae et Hollandiae omnib. summa. Tunc tunc Frasci plura m. numenta in eius honorem erecta, ut apud Episcopalem Basilicam, in area Mariana, in foro Boario, inter quae duae pyramides, in scripto nibus et picturis, apud Hermannum Borulloem editis. Urni inscriptum erat:

Immanem ut Sampson Divino Marte Leonem
Vincit, et ex rostro dulcia mella legit:
Sic etiam indomitos bello probernet Iberos
Dudlaeus, Martis dexteritate potens.

Ipse vero Dūdlacius, regio comitatu, in adibus
Teutonicorum Equitum Hospitio exceptus est cum
prinque, Comite de Efecq, et Antonii Nothi Por.
tugalliae filio, quem Angliae Regina, in spem
Portugalliae recipiūdas, reservare dicitur.

Cum Belgae confederati Angliae Reginae
ad defensionem harum provinciarum perdu.
issent, Man, tamquam Rosam, ex gentis
insigni, provinciae, florum nominibus assumtis,
publicis comitiis Hagae celebrarunt. Bra.
bant Egelantior, Gelderland viole, Flandren
peony, Holland narouille, Zeeland byloos,
Utrecht maysoeten, Vriesland Botterblom,
Overijssel gonddblom.

Ultimo mensis Maii Crava, Gerdoniae
oppidum,munitione, praesidio, com meatu
apprime provisum est, post quartum obledi.
onis onendem, una atque altera reiecta op.
pugnatione, Parmensi deditur. At hic erat
praefectus Hemertiud cum XII. cohortibus,
qui post, rei male gestae et proditoris accu.
satus, Traiectum perductus, et, instantibus
Anglicanarum partium fautoribus, frustra
plurimis deprecantibus, in foro Palatino
cum duobus cohortium praefectis capite
truncatus est, Leicesterio sententiam feren.
te. De eius gestis et vita probrosus admodum

est editus liber Gallice et Anglice, ex quo flores collecti ab impiis quibusdam Hollandiae exilibus, Coloniae editi; sed quam illis omnia tribuantur affectui, facile is iudicabit, qui mendaciorum omnium officinam apud eiusmodi homines, ex Schola Jesuitarum procedentes, exstare non ignorabit.

Mense Junio, iussu Senatus Traiectini, campanae templorum Petri, Pauli, Servatoris, dividendae et in nummos redactae sunt.

IX. mensis Julii, custodiae traditus Antonius Bubb, militum praefectus, cum iam summo mane Leicestrius, Traiectum linguens, Hollandiam, velut rerum inscius, fuisset profectus.

Initio Julii, Maximilianus, Archidux Austriae, magnus Teutonicorum Equitum Magister factus ex concessione D. Hermannii de Bobenhausen, qui adversus Albertum Marchionem electus fuerat, in villam B. Mariae ad residentiam profectus est.

in alio libello
M. S. numeran-
tur 75.

XXI. eiusdem, proscripti IX. cives, ex quibus filere primi, initio huius mensis, in exilium contra confederatas Provincias missi.

Ultimo eiusdem, Chorus templi Civitatis venditus est, et demolitus ad viae ornatum: dis.

solutum quoque Collegium Willebrordianum,
amotum Joanne Godofrido Averart, substatu quoque
Gisberto Ameiongio.

Erant inter Anglos, qui, ut moritibus quibus
afferrent, ridicule altis in bacillis incedebant,
quales apud veteres, teste Festo, Prallatores
dicebantur, et conabantur populo persuadere, vid. notas ad Go.
Thop. ad Non.
Marcell. c. 2.
se hoc modo facile fossas profundiores supera-
turos; sed non diu fuit, quam pueros huius
artis habuerint imitatores.

I. Augusti, Robertus Leicestriae Comes, sub
horam septimam, deductus a civibus et praesi-
dio Gaudano Fraiectum.

XVIII. eiusdem, porticus pensilis ante chorum
templi Martiniani sublata, et sedilia, ex templo
Christi Salvatoris translata, ibidem constituta,
mirius vero lapideus duotus ante aram sum-
mam, et sedes concionatoris in ore chori posita.

Angli quotidie ad agrum perditum exibant,
ut per quotidiana exercitia armorum usum
discerent a campiductonibus, ut et olim Ro-
manos factitalpe monstrat Pl. Vegetius.

XXI. Septembris, Magistratus publico edi-
cto prohibuit ferias Pontificias in publicum
celebrare, aut eo nomine aedes claudas
teneri.

XX. Novembris, Dudleyus Leicestrius Londra-
cum profectus, ac inde Zelandiam, unde

post Britanniam petiisse creditur, parum a nostris desideratus.

Summa fuit hoc anno annonae difficultas per magnam partem Europae. Sic apud nos mensura excreverat ad 10 florenos, Duas, cccc. florenos superaverat, Coloniae vero xxiv. florenos attingerat.

IV. Decembris, S. P. D. Traiectinus Scentio, propter egregie navatam operam, equum, trecentorum thalerorum pretio emtum, civitatis insigniis ornatum dederunt dono.

Leicestrius, ex Dudleiorum familia apud Anglos nobili, vis erat Italica simulati-
one imbutus, Reginae suae occultis factis et consiliis notior, quam hi, qui sciunt, fabebuntur. Angli, qui cum Dudleio et Pet-
hamio, castrorum praefecto, in nostram hanc Bataviam sunt delati, fuisse dupli-
cis generis Angli et Walli. Hos putat Polydorus veros esse Britannos, qui, ab An-
glo-Saxonibus devicti et oppressi, in viam montibus et saltibus regionis partem devi-
ceps tenuerunt. Hos Angli Wallos vocant, id est, exotics et alterius linguae homines, vocabulo apud Germanos generali. Lingua minime a ceteris Anglis differunt, quem-
admodum et moribus; Selopetorum usum

plerique ignorant, arcibus pugnare effreti.
 Polydorus quoque vocat eos peritiosissimos sagittarios,
 at morae impatientes; quare Diodorus
 levis eos nunquam Hispanis, Germanis
 aut Italis committere ausus fuit, veritus, ne
 inconsiderata sua temeritate rem turbarent.

Anno 1587, die VIII. Februarii, Magistratus
 Praetorius cum Praefectis, sub horam. XII. ef.
 fringunt archivum Ordinum, et inde, quod
 voluit, auferunt.

Cum Civitas aere alieno ob bellicos sumptus
 premeretur, mutuari pecuniarum
 non inutilem rationem invenere, quia etiam
 difficillimis temporibus nisi fuisse videtur
 Florentini, ut auctor est Antonius. singulis
 minime Civibus, pro facultatibus, impositum
 est onus dandi certam summam, quare,
 cum nimia videretur, redditus annuus civibus
 constitutus, cum totalis summae restitutio,
 ob temporum difficultatem, impossibilis esset
 ita nec Cives fraudabantur pecuniis, et civitas
 paulatim aere alieno levabatur.

Mense Aprili, cum olim adolescentibus,
 in Collegium Canonorum, receptis, certum
 tempus ad studia protegendum in Academia
 aliqua praescriberetur, Ordines nunc electio-
 nem liberam tribuere, studiis incumbere lite.

rarius, vel armis castra sequi vellent.

Prætor Trillo quendam polygamum, qui plures duxerat simul uxores, iisque fuerat abusus, in foro constituit seminudum in suggestu methrellatum, tribus circum quasillis, ita ut plebeculae scurrilitates obaudire per horas cogeretur, quod genus supplicii veteres catami, dare dicebant, deinde virgis digne ad sanguinem caesum dimisit.

Hoc tempore Traiecti a Mursiaco et Ordinibus prosciibitur Hermannus Modettus, Ecclesiastes, homo admodum seditiosus, ut Antwerpia de eo testis esse possit; quare contulit se Iselsteinum, sed postmodum a ministris confratribus redactus est, et civitatem retinuit, contradicente Mursiaco, donec, intercedente Leicethio, placatus.

Inibio mensis Julii Martinus Schenckius, cum duobus millibus equitum peditumque, ac impedimento curruum, Scalarum, tormentorum, non procul a Colonia in regione Tubacæ, si apparuit, ac oppidulum Malmendic oppressit, curibus aliquot occisis, cunctisque spoliatis, dicebatur insidias Agrippinensi fecisse urbi, cum plures ibi fautores, odio Ecclesiastico, cum, habere videretur.

IV. Prætor Trillous Traiectinus, apud Vestales omnia diligentius perscrutatus, currus omni-

stos D. imaginibus absconditis, praecipue ex
coenobio Brigidarum ad macellum vetus de-
tulit, ibique confregit.

Cum Traiecti, more solito, dedicationum feriis
liba ad fores templorum, puerorum causa,
venderentur, noster Praetor mensas libarias
evortit, nonnullamque partem domum ad
suos detulit.

A principio Maii agebatur de templo ve-
tustissimo Salvatoris demoliendo, cuius pro-
gressus, impetratis a Leicestrui literis, nihilo-
minus fuit prohibitus. In Leicestrui vero redi-
tu, circa festum natiuitatis S. Iohannis, vultum
eius aures obturantur, et, paullo post eius
in Hollandiam secessum, palam huius mem-
sis principio venum exponitur, quum et ma-
gis impensis eius demolitio impeditur.

XVI. Iulii Coloniae literas ex patria accepi:
Summa nimirum hic commoditas; sunt,
qui singulis septimanis Brabantiam, Hollan-
diam, Zelandiam, variasque Belgiae provin-
cias petunt, redeunt alii, continua serie.
Sunt et veredarii, ex quibus Argentoratium,
Augustam Vindelicorum, Basileam Rauraco-
rum, Pragam, Iuliobonam, sive Viennam Au-
striae, petunt; Gallias alii et Italiam,
ita ut nihil toto orbe geratur, quin ad A-
grippinenses perveniat eius fama.

Cum frustra hactenus summis viribus, nec episcopus sumptibus, Canonici S. Salvatoris Traiecti restitissent, ne templum ipsorum demoliretur, circa hoc tempus de eo annullando decretum factum.

Mense Augusto varii de pace rumores spargebantur, sed vani.

Disputabatur de fide et operibus, et quidam opinionem Papistarum hoc argumento refellebat, dicens; opera Christianorum esse duplicia, spiritus et corporis; ea, quae spiritus essent, a Deo provenire, non nobis adscribenda, sed earum auctori, cum omne bonum a patre luminum proveniat, ex nobis autem mala, id est, corporis opera prodire, quae vera essent nostra: ergo nostra nobis obesse, non spiritus, quae, licet abusive, etiam nostra dicantur, cetera tamen nostra non sunt.

IV. eiusdem Mensis templum Paulinum verum propositum est, et omnis suppellex conscripta, quemadmodum et libri.

Hoc tempore in Hollandia factis Anglicana multas movit turbas; nam cum sex ibi sint civitates principales, capitales vocantur, harum duae antiquissimae, Dordracum et Harlemum, consenserunt in absolutum Reginae Angliae principatum, salvis omnibus ipsorum privilegiis;

sed quatuor, ut Amsterdamum, Gaüda, Delphi et Lugdunum, in plenam potestatem consentire noluerunt. Traiectenses etiam condescenderunt Anglicis, cum nonnullis minoribus oppidis. Inia vero Hollandis a Leicesterio proponerentur in comitiis; 1.º ut se defendere possent. 2.º vel ut Regiam pro superiore agnoscant. 3.º aut pacem, una cum Regina, cum Hispano ineant.

Anglicanis partibus Traiecti adhaerebat Hermannus Stuycker, Swollanus, alias Moeet, homo seditiosus, qui et post, licet parum in proposito consisteret, ex urbe dimissus.

Circa hoc tempus fieri Traiecti aliquot monumenta antiqua templorum demolita, ut templum Salvatoris antiquissimum, templi Civici, ut vocant, choris, quemadmodum et Brigidani; templi quoque pulcherrimi D. Virginis tectum plumbeum sublatum, quod deinde Canonorum impensis restauratum; cum iam ante solotenus demolita extra urbem Coenobia Oostbroekorum, Carthusiorum, Monachorum, Vici Veteris, Dalensium, Do-minarum, Bethlemitarum, Virginium; Sacella item D. Martini, D. Antonii, D. Annae, D. Marthae; in urbe Franciscanorum, Domini.

canonum, monachorum monasteria, sacel-
 la seu oratoria Ierusalemitanorum fratrum,
 quod, ad similitudinem templi sepulchralis
 Ierusalemitani conditum, dicebatur exacte
 formam sepulchri Domini praeferre; D. Eli.
 Sabethae, Orphanorum, quod iam Bombas,
 domum ictibus ab Hispanis totum erat
 perforatum, et Alexianorum, Vespillonum.
 De horum instituto Sic Fr. Modius in libr. ubi
 habitus Cleri et Monachorum exprimitur:
 » Cellarii ita vocati a cellulis, in quibus aegris
 » operam dant, et dicti alioqui Visitationis
 » seu Charitatis, seu etiam Misericordiae fratres
 » vel sodales, valetudine affectos quod visere,
 » mortuosque afferre soleant: interius linteam
 » vestem atrii coloris, exterius fuliginem ge-
 » stant; hos originem suam ad Apostolicae feu
 » tempora referentes, sed saepe prope ad mi-
 » hilum redactos, alii subinde, atque alii in-
 » staurarunt. Nos quoque hodie Cellebrodors vo-
 camus. Ambrosius Nolanus de Nola l. 3 c. 1
 hos ibi plane profanos esse tradit, ac umbram
 tantum initiatorum adferre.

Arnoldus Büchellius
 de
 Itinere suo Duacensi.

Tocumdos Batavum dulcesque relinquimus agros,
 Det Deus, ut fausto sidere pergat iter.

Non etenim nos hinc dicant temeraria vota,
 Nec quoque delicias ventus et aequor habent.
 Nec placet infelix tantum mihi Gallia, dulces
 Ut cuperem patrios deseruisse lares.
 Solum amor Sophiae Traiectum relinquere suadet,
 Evocat Aonidium me quoque turba domo.
 Viderat ut lucis post idus Februus ortum
 Sid, subit liquidas nostra carina vias.
 Stavita iam gemino sulcabat remige Athenam,
 Et cursum celeri fluminis aequat equo.
 Tunc ego respiciens, patriis in moenibus haeret,
 Errabatque animus per loca grata meus:
 Vixque avellebar, namque urbis observat imago;
 Discedo, ante oculos sed redit illa meos.
 Nunc caput integrum malesanis curibus opto,
 Nunc precor, innocuos me mala bella premant.
 Sic, credo, Scythicas Nado relegatus in oras
 Vix potuit montes relinquere, Roma, tuos.
 Causa mea est melior, quam crimina nulla sequuntur,
 Ingenii cultus unica causa viae est.
 Denique, cum sterili socios in litore stantes
 Dedererem, subeunt tristia multa mihi.
 Quid facerem? frustrane onoror? discedere fas est,
 Ergo valete, pia pectora iuncta fide!

15 Febr. 1584

sic dixi; subito tendebat nauita ridentes,
 Vive diu! dixit, quisquis amicus erat.
 Cumque Diana diem tenebris et nocte fugasset,
 Defessos placide preffit et alta quies:
 Postera lux muros Dordraci lustrat aquosae,
 Hic ubi Nympharum Nereidumque domus,
 Dicitur haec primis Batavorum ex urbibus esse,
 Unde alias tituli praecit honore sui.
 Hinc petimus mersas irato flumine terras,
 Quod rate sulcabat nauita, terra fuit.
 Tandem Mattiacas lacti contingimus urbes,
 Aegnor ubi saldis littora lambit aquis.
 Hic mare discedit, post seque revertitur hora,
 Et regnant celeri terra fretumque vice.
 Vidimus hic medium (medio iacet insula ponto)
 Castrum, Mattiaci luxque caputque soli.
 Alraici intramus propere pede Principis urbem,
 Armudam; nunc urbs, sed prius agger erat.
 Non procul hinc distat, nulla superabilis arte,
 Arx, hanc Zelandi Phammia castra vocant,
 Proxima Vlysingae spectantur moenia fortis,
 Haec urbs classe, viris, moenibus, aere potens.
 Credideris saldi fabricatam Numinis arte,
 Vix similem noster vel nouis orbis habet.

Sive Laertiadis iurat hanc monumenta vocare,
 Seu patriam a poelis, quod puto, nomen habet.
 Sunt cives nautae, vel vitae prodiga turba,
 Et quoque pars gravido pingit odore rates.
 Tellurem fugiunt, Neptuni regna frequentant,
 Et malunt celeri bella movere rate.
 Sensit hoc tristi damno Requiescentis olim,
 Possidiusque malo senserat ante suo.
 Aetholus ut placidis aequasset marmora ventis,
 Sulcabat gelidum nostra carina mare.
 Jamque dies aderat, monstrabat nauta Calato,
 Iccius ante oculos iam quoque portus erat.
 Vidimus optati nequicquam moenia portus,
 Atque tot in placido tum stare vela loco.
 Namque ratem adcedens remoratur in aequore fluxus,
 Cogimur hinc tristes ferre minas pelagi.
 Et super iratas inviti tollimur undas,
 Et navem gravibus verberat aequor aquis.
 Ventus et affidius nos pulsant aequora motu,
 Rumpitur heu nobis anchora fida malis.
 Defuit humanis spes quae se viribus offert,
 Una salus Christi poscere restat opem.
 Sancte Pater! frustra vastum quis naviget aequor
 Frustraque armata moenia cincta manu;
 Ni navem ventis divina potentia servet,
 Ni maneat summo troenia tecta Deo.

Psal. l. viii. c. 16. Sicut
 votorum praecipuum
 locus est, cum spei
 nullis.

Psalm. 126.

Ergo qui Petri firmasti et in aequiore plantas,
 Iracundumque pedes, cum fingerent Pharios;
 Da pelagi cessare minas fluctusque furores,
 Ut poterit placidis flatibus ire ratis.
 Annuit Omnipotens precibus, Neptunia regna
 Nutu componens Aeoli dumque minas.
 Sic ubi divisum nobis properaret ad orbem
 Phoebus, et obscuris Luna vagaret equis;
 Intramus tandem Lucrosa suburbia, laeti
 Evadisse feri tanta pericla maris.
 Pottera lux arcem secretaque moenia monstrat,
 Externo penitus in via facta pedi.
 Hinc parvo distant Gravelingae moenia Regi,
 Hispano vigili sat bene tuta manu.
 Inde Gudomari spectandis turribus urbem
 Cernimus, et igni fluminis auspicio.
 Et aec templis pulchris et magno Praesule fulget
 Dives opum pura dives abundat aqua.
 Hinc alias aliasque urbes Artesia monstrat
 Oppidaque igoavo paene sepulta situ.
 Arriaque et forti Libertati moenia vallo,
 Et quoque Servanum nigra favilla tegit.
 Tum sequitur fossis circum satis alta Bobbia,
 Quae nisi montanis collibus haurit aquam,
 Inde parum prudens tardis auringa quadrigis
 Nos per calciferos non bene ducit aquas.

Sic tandem intrantes, Phoebus cedente, Diacum,
 liquimms ingratae taedia longa viae.

Anno M. DLXXXIV. d. XXIX Octobris, Scholastici
 Ultraiectioni, Diaci commorantes, cum nunciis
 eorum Henricus ab Alexandro Sueteno Otainio,
 Valachinae praefecto, in vinculis detineretur, de
 Collegio, ante aliquot annos instituto, reno-
 vando, novum nunciium creando, egerunt, per
 Suardore Benignio; sed, maiori parte Ultraie-
 ctensium absente, ille cum suis Amersfortius
 pro libertate cuncta frustra me, Jo. Arnoldo
 Buchellio, inquam, alieno tempore in fra-
 dem Traiectensium factam, electionem impro-
 bante) gerebat, elegitque Clementem Verspueli-
 um Decanum, Petrum Westrenium Fiscum.
 Leges huius instituti et capita memoriae
 causa hic adscribam.

Sunt eadem,
 quae olim Lovanii
 a Cornelio Valerio
 pro Collegio pie
 sunt descriptae.

Caput I.

Cum Divina voce iubeamur quaeque pri-
 mum Regnum Dei et iustitiam eius speran-
 tes fore, ut, quae necessaria sunt, adiciantur,
 nobis, cumque pietas ad omnia utilis sit,
 utpote quae promissionem habet vitae praes-
 entis et futurae; putavimus, ante omnia
 religionis et rerum Sacrarum habendam esse

rationem, ac inter decreta, quae, communi consensu totius Collegii nostri Studiosorum Ultraiectionis, facta sunt, primo loco de sacro procedendo et audiendo constituendum est. Decretum igitur esse volumus, ut pro festi in studijs progressu, pro Decani iussu, ferius B. Mariae Magdalenae, quo tempore in patria nostra summi templi annua memoria celebratur, sacrum fiat, et huic omnes, praestituta hora, intersint ante Evangelii lectionem, et, qui serius venerint, duos Stuferos multae nomine pendunto, qui vero praesentes non fuerint, V. Stufereis multantur. Eadem d. Martini, patroni nostri, ferius observantur.

II. de Electione.

Magistratuum Collegii nostri dignitates et officia Decanatus, Sismi, Bdelli, quotannis circiter ferias B. Magdalenae decernuntur, et recentes in decedentium locum sufficiuntur; in quorum electione nullius negligentiae, neque odii locus esto, sed animo libero maxime idoneo mandantur, quorum Decanus annos ut minime duos in Academia fuerit, ut eligi possit; Bdellus, semel officio per annum functus, postea ab eo onere

liber esto. Electi autem se omni diligen-
 tia collegii nostri famam, honorem ac ius
 omne defenduros esse promittunt: Negli-
 gentiores officii a Senioribus admoniti, nisi
 negligentiam suam corrigant, officio pri-
 vantur. Academiam relicturus, nisi prius
 quam abeat, Decano vel Senioribus minus
 suum renunciet, X. Stuperis, quos Fiscus per
 tabellarium nostrum epigat, multator.

III. de Officio Decani.

Decanus, toti coetui moderando prae-
 ctus, perpetuo pacis auctor et propugna-
 tor esto; penes eum, consultis IV. Senio-
 ribus, rogandarum, abrogandarum, mutan-
 darum, interpretandarumque legum aucto-
 ritas esto. Eius etiam sententiae in quibus-
 cumque litibus, sine ulla procuratore,
 universi obtemperant; Illi, in omni ele-
 ctione duo suffragia habent; in omnibus
 negotiis, et postulantiis, Collegium con-
 vocato. Quod si ullis unquam in comitiis
 nisi legitime excusatus, absit, X. Stuperis
 multator.

IV. de Officio Fiscii.

Fiscus, aerarii nostri publici custos fidelis,

accepta et expensa omnia in codicem referto,
 ut monitus a Decano rationem quocumque
 tempore reddat. Idem circiter ferias B. Ma-
 gdaenae, siquidem Decano et IV. Senionibus
 placebit, prandium curet, cui si aerarium
 non sufficiet, tantum a singulis, quantum
 supradicti necessarium esse ducunt, ante qui-
 gito; sub finem vero prandii, eisdem ante
 decessum rationem reddito, et, si quid forte
 desit, statim a singulis postulato. Eundem,
 volumus, laudando nostri Collegii leges, et
 instituta ac commoda proponendo, novitios
 quocumque officii sui onerare, ut se cooptan-
 dos atque adscribendos curent, quod si
 negligat, neque intra VI. hebdomadas faciat,
 V. Stuperis multator.

V. de Adscribendis in Collegium
 Novitiis.

In coetum nostrum nemo nisi territorii
 Ultrasectini, et qui Academiam Studiorum
 gratia adierit, et Pectori nomen suum de-
 derit, cooptator. Novitiis, per Fiscum ad
 Decanum ductus, ea, quae sequitur, forma
 promittito: Ego quamdiu in Academia
 commorabor, promitto, me obtemperaturum

legibus et institutis communibus Collegii,
 ac praeterea Magistratus, nec unquam
 Collegii arcana, quaeque dictas, quaeque fa-
 cta sunt, proditurum. Quod ad communes
 ut vocant, dispositionem attinet, xx. Stufertis
 aerario communi soluto; qui, si nobilis
 sit, aut haberi cupiat, duplum tributo.
 Quod si, admonitus a Fisco, intra VI. hebdo.
 madas id non faciat, non, nisi addito ad
 summam dimidio, recipitor. Si vero quis
 adeo degener atque barbarus reperiatur,
 qui Collegium nostrum audeat contemnere,
 in nullo Collegiarum commodo aut ami-
 citia dignus esto, neque ei quidquam, nec
 Tabellarius, ulla in re commodato, aut
 literas ei portato pecuniamve: qui fecerit,
 a Decano prohibitus, adversus eum Fiscus
 in aere Carolini actionem habeto, quae
 poenae in omnes contumaces observantor,
 qui, nisi resipiscant, arbitraria poena mul-
 tati, Catalogo Collegii expunguntor. Pau-
 per omnibus expensis immunitus esto.

VI. de Consessu, ordine et coetu in
 Conviviis.

In publicis conventibus ac conviviis de.

canus dignitate ceteris praefertor; in aliis autem, hic ordo tenetur: Primi doctores, sacerdotes, licentiati, denique generis nobilitate clari, loco honoratiore accumbunt, reliqui adscriptionis ordinem servant. Omnes conviciis, rixis, contentionibus abstinendo, delinquentes hic arbitrariam poenam subeunt.

VII. de Honorario, ob aliquam promotionis gradum adeptum, Collegio persolvendo.

Artium Magister, Medicinae, Juris, Theologiae Baccalaureus X Stuperos; Artium Doctor VI; Licenciatus Medicinae, Juris aut Theologiae XXX; Doctor LX. aerario Fisco locupletando numerato.

VIII. de Cura aegrotantium habenda.

Si quis aliquem ex nostro Collegio in morbum incidisse cognoverit, id Decano significato, ut, antequam morbus ingravescat, mature, ex prima data opportunitate, parentes vel propinqui de morbo aegrotantis per Decanum certiores fiant, ut medicus adhibeatur. Et, si pecunia desit aegroti, Decanus huic aliquoties a Fisco mutuator, aegrotus vero, simul atque a suis acceperit, Fisco

reddito pecuniam. Singuli ex Collegio, sin-
 gulis hebdomadis minimum semel, si modo
 patiatur aegrotus, donec convalescerit, invi-
 sunto; qui non fecerit III. Stuperis multator.
 Quod si nocturnis excubiis sit opus, eas ae-
 groti nemo recusato, qui se curat facit, V.
 Stuperos perdito. Cuilibet tamen ex no-
 Collegio aliquem in suum locum substituire,
 aut cum alio vices suas mutare, liberum
 esto. Urgente autem periculo mortis, de-
 canis, vel si quis forte de Collegio aderit,
 aegroti sacramenta ecclesiae administran-
 da curato, et omnes e Collegio ad honorem
 venerabilis sacramenti ad communes pe-
 ces fundendas convocato. Si quis vero,
 cui haec indicata fuerint, non venerit
 III. Stuperis multator. Quod si monachus
 aegrotus, omnes ad funus et exsequias
 cohonestandas conveniunt, et honeste
 illum sepeliunt, absens X. Stuperos per-
 ditto. Funeris sumptum, si dives sit, sup-
 peditato: si pauper, singuli, inspi de-
 cani, quantum in morbum et funeris
 sumptum impensum erit, et quantum
 satis erit, conferunt, idque Fiscus epi-
 gito.

IX. de Tabellario.

Tabellarius, communis collegii minister, maxime idoneus explorataeque fidei eligitor, et Decano data fide recipitor, ac a Rectore approbandus offertor. Ac primum quidem ille se Magistratui collegii obtemperaturum, deinde fideliter ac diligenter observaturum, quidquid in legibus de ipso latum erit, promittito; pro singulis epistolis deferendis II. Stuperos, mercedis nomine, accipito, pro singulis florenis allatae pecuniae, unum Stupericum exigito. Singulis mensibus professionem, cuncto redeundoque, absoluto, et si diutius moretur, in singulas hebdomadas X. Stupericis multator, multa aerario fisco cedito, atque etiam Fiscus intra idem tempus, quo reliqua debita, ut est in C. III. exigito.

X. de Recitatione Legum ac Statutorum.

Singulis annis, quo die Decanus electus, vel ei officium continuatur, leges et Statuta Fiscus, omnibus audientibus, clara voce recitato. Seorsim vero Decanus ei, qui recens in collegium erit adscriptus, ipso die adscriptionis, aut certe, intra proximum triiduum, eadem legito, qui decus

fecerit, III. Staufferis multator.

Futere autem tunc in hoc collegio :

Jo. Diederus, Ultraiectinus, J. U. Doctor, Pro:
fessor Ordinarius.

Jacobus Benignus, Amerfortius, U. J. Doctor,
Professor Extraordinarius.

Franciscus Utenham, Ultraiectinus, Artium Ma:
gister, Praelector Marchin.

Bernardus Rheneffe van Moermont, Ultr.

Gerardus Müldert, Ultr.

Wilhelmus Müldert, Ultr.

Ernestus Faets ab Amerongen, Ultr.

Jacobus Faets ab Amerongen, Can. Salv. Ultr.

Hugo Anijsch, Ultr.

Jacobus Rümelder, Canon. Marian. Ultr.

Stephanus Rümelaer, Canon. Johan. Ultr.

Lerapion Montisma, Ultr.

Clemens Verspuelius, Amerf.

Joannes Verspuelius, Amerf.

Petrus Westrenius, Amerf.

Arnoldus Büchellius, Ultr.

Autgerus Verkerkius, Ultr.

Richardus Bitert, Amerf.

Gisbertus Langevelt, Amerf.

Gerhardus Verheut, Ultr.

Broeckhusius pauper.

Votum

Sanctiss. et individuae
Trinitati

S.

Verò et unico Christianorum

Nūmīni.

Adhibe dector hic
non oculos sed animum.

a Deo incipiendum, in ipso finiendum,
cum ipso lumen, sine ipso tenebrae acriter meae.
ipso certissimus itinerum dux et comes.

Quare pro ita et reditu
in Germaniam Italiamque

Votum

Secretum et inriolabile feci
Arnoldus Buchellius Batavus.

Anno christ. C^o. D^o. XXCVII.
mense Aprilis, aetatis vero meae

XXII.

Parisius in templo fratrum Dominicanorum ad
sinistrum chori latus, hoc exstat epitaphium:

Stephano Gerardo ab Amerongen Ultraiectensi;
Joann. ab Amerongen Fr. Moestus
posuit.

Quisquis ad hoc veniens non grandi aetate sepulcrum,
Disce, meo poteris doctior esse malo:

Formae nemo suae confidat, nemo inventae,
Sanctificas neque erunt ista movere Deas.

Nec iuvat immensis didicisse laboribus artes,
Mors etiam doctis iniicit atra manus.

Mi nihil illorum facilis natura negabat,
Et tamen obscuras coepor inire vias.
Securus, miser, exitii ignarusque futuri,
Vive memor lethi, mors inopina venit.

Obiit Lutetiae anno aetatis 24:
19 Novemb. M.D.LX.

Ibidem hoc Gouidani cuiusdam Batavi
legitur Epitaphium:

Ad M. Gilbertum Gouidensem,
sacrae paginae Baccalaureum.

Christi ter centum lastris umque peracto,
Aurea dum Phoebi Scorpium astra tenet;
Occidit hunc Moellae Gilbertus gloria gentis,
Dum notorium senas vivit Olympiadas;
Parisiis amisit quem Gauida Batava docendum
Imberbem, et clarum dotibus ingenii.
Imbuit a puero praeclara poemata vatium,
Socratis et quidquid dogmata sacra canunt.
Archedilae pariter, pariter Zenonis amator
Easstitit et Sophiae lausque decusque sacrae.
Arribus his summo tandem sudore repertis
Semper ei studium sacra Minerva fuit.
Auxilio cuius didicit, quod nomen Olympum,
Sorgueat, humanum qui regit auctor opus.
Ad ubi sacrorum trahunt sententia patrum,
Gilberti ut cingat laurea secta comas,
Atropos ecce secat viridantis stammina vitae,
Nec parcit tanto mors malefida viro.

*I nunc ! et longos spera tibi Nestoris annos,
Quisquis es ! omnigenis mors venit una visis.*

*Coloniae Agrippinae, in templo D. Columbae,
pulchro in lapide legitur hoc epigramma
sepulchrale Haacfortii, quem Arnhemia pro:
duxerat ex nobili familia :*

D. O. M. et A. E. M. S.

BERNARDO HAACFORT.

*Arnhemensi patricio,
magna ingenii elegantia
indolisque subtilitate*

*Adolescenti praecleara spe
Iuris civilis studium ingresse*

*ante diem, cheu ! summo
cum suorum luctu, saeva*

peste sublato filio

Dulciss. mater pientiss. pos.

Vixit ann. XVIII. obiit

ann. Chr. C12. 15. LXXVIII.

a. D. Idus Septembris.

Votum

VENERE AMICAE,

ab ingressu Italiam factum.

Quae terram et vestris viridi florentia prata
 Gramine purpureisque exornas floribus agros,
 Seu VENERIS nomen tibi, vel seu Flora vocaris,
 Omnia restitutionis fecundo semina partu:
 Da molles campos pedibus, da tacida silvae
 Humida odoriferis expellant molliter herbas.
 Ipse ego, cum placidam dederit Fortuna quietem,
 Tum serbis redimetus ero, tum tempora flores
 Cingent, atque feram vestris percaudata templis
 Lilia, purpureasque rosas, gratosque hyacinthos.
 Persolvamque, reus voti, mea munera coram,
 Candida et iurato conscribam marmora versu:
Hanc tabulam sacrae firmans Buchellius arae,
Italia rediens Vereri suspendit Amicae.

Ster Italicum.

Italiam vidi fatis ringentibus aegram,
 Vidi ruinam gentium.
 Tam varius erat illa malis plenissima morbis,
 Ut vinceret vim pharmaci.
 Impietas miseram turpisque libido, premebat,
 Et fastus hanc infererat.

Naturam violans adeo, scelus opprobriumque
 Nunc ultimum corruerat.
 Sic vidi, obcupi; medicis ars nulla relicta est,
 Aedii, dedit reditum Deus.

A. Büchellius F.

Anno M.D.XC. mense Maio VIII. cum, ob
 vastitatem bellicis hisce temporibus agrorum,
 lupi, vix olim in hac regione noti, multum
 damni pecoribus inferrent, et ii quotidie
 auferentur, Ordines praemia capientibus
 constituerunt XXX. florenos Belgicos. Hoc
 vero die quidam viduum attulit septem can-
 tibus, et, ut dicitur, retinere maluit, quam
 praemium accipere, permittentibus facile
 Ordinibus.

Hoc tempore pons novus ad Treburchum
 prope Catharinianam portam, ab auctore
Daventrius dictus, demoliri coepit.

XXII. Julii obiit Joannes Jacobus Leem-
 putius, Coctor cerevisiarum, civis uxor vi-
 vilis animi mulier, prima manuum arti
 Treburgo demoliendo intulit.

Sub initium anni 1591 in Senatu Stol.
 landico causa acta fuit criminalis indigna.
 Quidam Henricus a Düst, Delphensis, so-
 rorem suam Catharinam summi sceleris

insimulaverat, eam cum patre concubuisse
 dicens, patrique minatus fuerat, quo coram
 magistratu vocabatur, condemnatusque, ut vi-
 gis caesus deportaretur. Appellaverat ad Cu-
 riam Hollandicam, defendebatur Sirenne, mi-
 ra de sorore dicebantur, ut et cum sororis
 marito rem habuisse de.

(v. p. 170)

Anno 1591 mensis Junii 18, temperantiae
 votum Deo Opt. Max. feci (sc. A. Büchellius) tale:

Votum

Puro et clementi Deo
 ab intemperato Bacchi Venerisque ubi
 temperaturum, quantum poterem, in posterum
 me voveo.

poenitentia anteactorum ductis.
 A me procul omnis vini calor!
 Valete turpes mei amores!
 Neglecto animo corpus his fariui.
 Baccho insano et Venere pruriente
 Oppressi animi et corporis sensus.
 Abite allicientes Scyphi!
 Abite Syrenes meretriculae!
 Ne mihi animam cum corpore
 Ingenium cum animo
 perdatis!
 Mentem inspira, Summe Deus!
 Constantem!

Sub finem Septembris 1591. Erat hoc tempore

quidam Cūlamburgi, nomine Adrianus Craze-
 vanger; is cum variam monetam, primum
 auctoritate et privilegio Gruningensium exul-
 cūderet, tandem avaritia et spe impunitatis
 inductus, utpote in libero oppido, connivente
 eius Dynasta, aliorum Principum effigies si-
 gnaque expressit, et pro veris populo vicino ob-
 trusit. Quae res cum paulatim innotuisset,
 et ad Ordinum aures pervenisset, graviter,
 prout merebatur, tulere, et legibus punien-
 dum tam atrox facinus putarunt. Quare
 duos eo tacite legatos miserunt, qui, ab-
 se Dynasta Cūlamburgano, ipsum monetari-
 um comprehendere, omnemque eius suppellectilem,
 auream, argenteam (octodecim aut circiter
 erant aureorum millia) chartaceam aufer-
 rendam curarunt, inscio adhuc oppidi Ma-
 gistratu, quem convocari iusserant, ac inte-
 rim Centurioni Scoto haec, quam tacite fieri
 posset, perficeret, mandaverant: Magistratum
 vero, quid ab Ordinibus in mandatis habe-
 rent, aperuerunt. Per venerat iam fama ad civi-
 tate monetarium captum abduci, qui convolant,
 ac militibus eum eripiunt, cum privilegium
 ipsorum id dicentes progressum; si deliquisset,
 ubi puniendum, non alibi, nec de Hollandis

subditos esse. Legati, ne res in tumultum
 abiret, Praetori ipsum custodiendum tradi-
 derunt, additis minis, si dimitteret. At mi-
 hilominus, reverso iam Culemburgano, libera-
 tur. Cum haec fierent Ordinum iussu, prae-
 sidium oppidi augetur, et ex vicinis locis
 praesidarii evocantur. Quo facto, Praefe-
 ctus militaris civibus, Magistratui et Prae-
 tori denunciavit, nisi tradant monetarium,
 se in mandatis habere oppidum ipsorum
 spoliare ac incendere. Quibus auditis, te-
 rribi cives monetarium quaerunt, qui cum,
 ancillae habitu, ad portas oppidi delitebat,
 ac agnitus, ad nocte mulieris aedes hoc ha-
 bitu fugit. Tama iam statim tota urbe
 vagatur, monetarium, ancillae habitu con-
 spectum, fugam tentasse, et proditum in
 aedes vicinas se occultasse. Concurrunt mi-
 lites, et suo periculo iam excitati cives ad
 domum mulieris advolant, monetarium
 postulant; Ma non esse in domo respondet,
 sed hortum lustrarent, admonet, eo nempe
 se recepisse, ubi, diu quaesitus, tandem sub
 fimo latitans extractus, et paullo post cum
 cum Baravorum missus est. Adfuerat ipsi
 non ita pridem Elbertus Leoninus, Geldriae
 Cancellarius, qui fertur interrogasse, quid

verum ageret, moneretamne cuderet? ad
 quae annuerat, more solito iocari homines,
 arbitratus; ac tum dixit Cancellarium:
 Crayerangere! vide, quid agas, nam mal-
 teorū tuorū sonitus ad extremū usque
 littus Batavorū pervenit. Quae dicta
 si considerasset, et mens non laeva fuisset,
 ut ait Poeta, facile potuisset haec praeca-
 vere. Fecerat nobiles Anglicanos, Hen-
 rici Regis nomine et litera signatos, quos
 tamen ab aliis veris internoscere ne auri-
 fabri quidem possent, quare et prohibere
 eorū cursū Ordines valere. Simplicitas
 eo facto falsitatis accusabatur, primum
 quod propria auctoritate, cum neque dy-
 nastia Cūlmburgensis haberet cūdendae
 monetae potestatem, aut regalia privilegia,
 nummos conflasset; deinde quod aliorū
 Principū nomina et signa fuisset imi-
 tatus; ac ultimo, quod ex Ducatus Hispani-
 cū minores valoris fecisset. Monetarius
 Cūlmburgensis, Amsterodamū traductus,
 ut et alii convincerentur, custodientium
 manibus elapsus, aliquā diū latuit. Et
 erant, qui, conniventibus Ordinibus, id factum
 arbitrarentur, cum non ita pridem alius,

eiusdem criminis particeps, Egbertus Clan-
tius, prodigiöse evasisset; fenestras nempe in
cancellos carceris fidibus cytharæ et pilæ,
re adamantino perfregisse (multis incredi-
bile) dicebatur. Verùm post duos dies,
quàm latuisset, in cavea repositus, et custo-
diæ priori traditus, hanc omnem suspi-
cionem delevit. Tandem hic precibus Mariæ
Aurantiaë, cum eius nuptiæ cum Comite
Stoëntoënsi celebrarentur, vita donatus
est.

Anno 1591. Amersfortii lectiones publicæ
instituerunt Juris, Philosophiæ et Histo-
riarum. Professores vero Juris habent
Laevinum Botterum, Urbis Secretarium.

Initio anni sequentis cum Ultrajecti
hypodidascalorum quidam, ab Amstero-
damensibus evocatus, de mitti postularet
de successore consultum est, et amplius
actum de publico doctore: quidam Isaacum
Casaubonum, generum Henrici Stephani,
virum in omni litteraturâ doctissimum,
evocandum. Genera proponebant. Verùm
nostri homines parum, quæ ad eruditæ
urbis ornatum pertinent, curantes, hæc
neglecturos putæ, quamvis sint, qui hypo-

didascalo eam legem praescriptum in cre-
dant, lectiones publicas uti habeat, lo-
cumque huic lectioni decretum templum
Hieronymianum, quod iam purgatur in
Stainathurgie.

(v. p. 164.)

Mense Maio Anni 1595 in templo
Hieronymiano, olim constructo anno,
ni fallor, 1505, nunc vero schola publica
effecto, praelegere coepit Juris Caesarii
Institutiones Regnerus Sarcerius, trivia-
lis nuper Scholae Rector. Magistratus
nempe hoc templum, quod iam in arma-
mentarium erat conversum, purgarunt,
restaurarunt, et Musis accommodarunt,
ut distichum hoc, in frontispicio positum,
indicat:

AEDES DE SE:

Suum Musis liberta, fui quae serva Gradivo,
Miraris, Belli pax solet esse comes.
Vtrum praeterea posuerunt publice Civita-
tis, Praetoris, Coff. XII. virorum stibitibus
iudicandis, Quaestorum, XXIV. Consitiano-
rum et Secretariorum signis spectandum,
in medio a lateribus indigni urbis Utrecht
eendracht, infra vero legitur hic rythmus
vernaculus:

Als mē xv^e xcv. doernen las

Gaff de Magistraet van Utrecht dit glas.

et diebus sacris hic praelegit Evangelii ter-
tium Joannes **Lortius**, tertiae Classis lector.

In vitro Capitali, ubi insignia Marbiniani
Collegii haec leguntur: aō. M. **XX. C.** # doemes, (NB. in numero
sue las, Gas't Capittel te Dom dit glas. videtur error.)

Anno 1595 circa initium Septembris, Ci-
via Provincialis ex aedibus Orphanorum ad
Paulinus translata. loco celebriori nunc
ius dicitur; additorium est, quod olim mona-
chorum refectorium. Cum Gaspar Brigelli,
us Senior, Consiliarius et vicem Praesidis
obtinens, aetate gravis ac viribus debilis,
tantum itineris pedibus facere nequirit,
ei concessum, ut eques in Senatum veniret.

18. huius mensis prima sententia capi-
talis hoc in loco lata, quia Joannes Lit-
te, Anglus miles perfuga, et alius Joan-
nes, ex Remdana regione, utidem perfuga,
latrocinis insuper ac furtis famosi, sus-
pendio vitam finierunt. Prima causa,
per Advocatos apud Paulinos coram do-
mo Commisario acta, inter Procuratores
Generalem et Bogerum.

XXV. Octobris eiusdem anni, Ordines
pauperum causarum iudicium, hactenus
a Senatorum Seniore agitari solitum, ad

Paulinos transtulerunt, ubi olim rationa-
riūm Hollandicorū, ~~praefecti~~ conclaris;
et, ne quis aliūm sibi praefectū quæretet,
per vices Ordinarias inter ipsos Senatores
laborem eius ac compendium dividerunt,
veteribus procuratoribus manentibus.

Æo. 1595, 10 Novembris, Joannes Lonti-
us habuit Orationem de Catecheseos
antiquitate et progressū, catechisticam
deinceps lectionem prosequiturus.

Sequenti die Orationem habuit Henri-
cus Wiltius, sane elegantem, in defensione,
Sallustii contra Asinium Pollionem et
alios eius obtrectatores, deinde diebus Mar-
tis, Mercurii, Jovis historiam coniurationis
Catiliniæ explicaturus, incertum, utrum
in voluntate sua et amore patriæ illentis-
tis, an concertatione aulicæ fecerit; certe
eo facto se ipsius discipulum non vane in-
dicat.

Æo. 1596, Ordines in area pacis theatrum
Supplicii magni Senatūs mandurum ex
lapide fieri curarunt, cum ante tempora-
rium ex ligno esset; leones, qui ad orna-
tūm adhibiti, e propylæos Pauliano sunt
translati.

Eodem anno stabulum Episcoporum re-
stauratur, et prope turrim obtulam egge-

res ampliandis, tum fossa ad Marsburgum
effoditur.

Anno 1597. mense Septembris, ipso Michælis
profesto, obiit Regnerus Sarcerus, praeceptor
meus, scholae nostrae Hieronymianae Gy-
mnasiarcho, vir bonus et diligens, in quo
plurimum inventus amicitia; tabes corporis
exsuccum propemodum semper et aridum
brevis consumpsit.

Circa hoc tempus publicatae mundinae
lineariae in annum binas, circa Bacchana-
lia et in Julio; locus iis tributus via larga,
prope puteum Dominicanorum.

Restaurata hoc tempore cloaca et pons
in campo d. Joannis.

In locum Regneri Sarceri Solmundani,
Gymnasiarchoe et Institutioneum publici
Professoris, successit Joannes Lontius, pu-
blicam vero professionem Senatus tribuit
Joanni Sarcero, eiusdem filio, Advocato
Ultrajectino.

Affinis meus, Joannes de Wit, mihi
copiam fecit quarundam inscriptionum
Mursiae, nuper a nostris militibus re-
ceptae, inventarum, a Camillo Praefecto
videm postularum, quae sequuntur:

Hic in unum, ab eo ad Abenium
non

non procul ab oppido posito, legitur:

Mutiliana me fecit.

Mutilianum supra Rhenum fundari,
ibi moriar nescio.

Camillus Sabinus hanc inexpugnabilem
Arce[m] cum virtute animi ac propria pe-
cunia fundavit A. Sal. 1587, militans
sub Alexandro Farnesio in servitute Regis
Catholici: in quo loco Attila Gothorum
Rex, fundamenta Urbis Asiburgi destri-
xit, olim fundatam ab Ulysse; a Publio
Ginnio Consule Romano restauratam.

Attilam Hunnorum, non Gothorum, Re-
gem a Scriptoribus vocari certum est; hunc
pleraque Germaniae loca vastasse legi-
mus. Verum Asiburgum, sive (ut Tacitum
scripsisse vult Plinianus) Asypurgion ab
Ulysse conditam, Tacitus et vulgi opinione
tradit, nec tamen probat. Hodie is locus
ab incolis Asburg, III. mil. infra Novesium,
sub Comitatu Mordiaco dictus, teste Nie-
nario, existat, quem divosum esse, haud pro-
cul Veteribus, dictum Aschelburg, tradit
Lipsius. Doesburgum esse vult G. Novio.
magis; ab Duesburgum sive Dispurium
scribere voluisse puto, qui locus non procul

ab hoc Mithiliano munimento abest. Id autem
 me nescire fateor, a quo P. Ginnio Cos. R.
 Asciburgum restauratum sit, cum inter Cos.
 neminem Publicum Ginnium invenerim.

Initio anni 1598 instituti Circitores, mo-
 re Hollandico, qui singulis horis noctis sua
 singuli regiones perlustrarent, crepitacula
 seu sistræ sonantes, et horam indicantes,
 atque ita caverent, ne furtiva fierent; verum,
 vix ad mensem hic mos duravit.

Ad dam hic uxorem Barneveldii, quam
 Delphis ex sorore sua genuisse creditur
 quidam m^r. Jacobus de Ultraiecto, cuius
 rei tegendae causa pater ei emptus ex nau-
 tica faece, cum quo stuprum iniisse fingeba-
 tur, quod tamen ipse in nave saepissime voco-
 ribus suis narrare solitus est, quamvis iam
 metus promittorum et Barneveldii silentium
 eius rei sibi imposuerit.

Post id tempus, (sc. 23 Maii 1598) Delphis
 visum vidimus M. Levinum Keersmaeckerum
 Dierceensem, X. virum LXXII annorum, visu
 oculisque vegetis, utpote qui minutissimas
 literas et legere, et scribere, absque conspi-
 cilli auxilio possit rectissime, colore vivido et
 paene iuvenili, comas barbaque canis, crini-
 busque fluitantibus, oblongis, intonsisque, ar.

gentei instar filii micantibus, aperto semper capite, subucula tantum indutis, continuo in lecto residens, semel in die circa vesperam comedens, tumque e lecto surgens, hyeme aestateque eodem modo se habens, nunquam refrigerariis, nunquam igne utens, contentus honorum, contentus divitiarum, multorum patrimonii, absque tamen luctu. Ex libris multa didicit, plura tempore et longo usu observavit. In Gallia et Italia per XIII. annos non otiose vixit. Biturigis, cum ex pedibus laboraret, sine magistro sculpendi artem, et in duro silex vivas exprimere imagines arripuit, quod ei feliciter admodum cessit. Monstravit mihi Monachi cuiusdam simulacrum in candido lapide artificiosissimum, et aliud ex eodem lapide, licet confractum, venustissimam exhibens effigiem S. Mariae Davalos F. Marchionis Del Guasto, pro qua ipsa ei LXX. aureos donaverat. Vidi et ex nigricante ac subviridi lapide simulacra Francisci Aquavivi Ducis Hadriae, et Veneti Marcelli, aliorumque, quorum mihi nomina iam non occurrunt. Fuerat is Gubernator et Praefectus Dnielandiae ac Ziericcenis

oppidi, eiusdemque Consul; demum Principis
 Atrantii Condiliarius, solus ex collegis superstes.
 Mathematicus erat praeterea et Geometra, omni-
 a quo harum Provinciarum vada profunda, aqua-
 rum cursus, aggerum firmitudines, ventorum
 impetus imprimis callebat, dulcique praestabat
 eloquentia. Is Mattiacos collocabat in oppo-
 sito Roterdamo agro, eorumque nomen Super-
 esse in castro Mathenesiorum. Dicebat, Dive-
 landiam, a Zirceensibus emptam, eadem
 habere insignia, quae Schjoperii; esse vero dae-
 monium dentes inter se albo nigroque colore
 distinctos, ut ex veteribus sigillis cum capite
 Plutonis animadvertisset, addebatque, se
 reperisse dictam hanc insulam Divellandiam,
 quasi Plutonis provinciam; Circeam autem,
 a Cerere denominatam, Cereris genero vicinam.
 Multa narrabat insuper facete de Pasquino
 Romano in Tiberim coniecto, et iterum episca-
 to, ac loco suo restituto. Mediocaverat se
 plane a publicis rebus ab eo tempore, quo
 Leicesterius harum Provinciarum praefecturam
 acciperet, sequi aliquamdiu occiderat, fri-
 stra deinceps requisitus. Nuper cum soror
 yodri adferret ex patria octingentos florenos,
 ab ea quaesivit, quid cum Itescore isto ageret,

non ego, inquiens, istis vitae inquinamentis
 aufer te cum, mi soror! et egentibus distribue.
 Summas semper fuit libertatis in dicendo,
 adeo ut non vereretur ipsi Aurantio, cum
 quidam de eo Comite Stollandiae faciendo
 laborarent, dicere: mi Princeps! nescio, quos
quidam somnando vobis titulos pariant,
quos adulatorum perfectissimi evadant; quin
ego, quantum in me erit, vel solus his resi-
stere conabor, ne te unquam Stollandiae Co-
mitern videam.

Klein
 Capital
 Menage. T. 1.
 p. 173.

Est et quidam Linc (Delphis) mihi notus,
 nomine Jacobus Johannis, Fil. Boet, ex patri-
 cis Delphensibus i. e. doctoribus. cerevisiarum.
 Hic solitarius vivit in aedibus, nec quemquam
 vel ex intimis amicis, ne vel sororem aut
 fratrem, a multis iam annis intra limen
 admittit, nec carne vescitur, nec pisces, nec
 pomis ullis, pane tamen et butyro, bibit vero
 serum: herbarum est cultor, et, quaecumque
 potest, ad medicinam confert, eaque impetit
 pauperibus, quorum vere medicus dici pot.
 est; quidquid habet, iisdem larga manu
 distribuens, et, nisi ab amicis premium ipsi
 imponeretur, cito mendicis dando, mendi-
 citatem sibi adferret. Plurimum novis

regionibus delectabatur, libenterque historias
Indicas legit. Cum olim, quando adhuc
parentum in aedibus habitaret, obvios forte
haberet diros ex nautica faece mendicos
male vestitos, qui ab eo eleemosynam pe-
terent, ipse eos aspiciens ita nudos, et verbis
fidem adhibens, pallium unum tradidit, alte-
ri vero utidem precanti tunnicam manica-
tam dedit, et sic sola subucula tectus do-
mum rediit.

Statutum Delphis est, ne quis mendicare
ostentim audeat, nisi symbolum civitatis
plumbicam, nempe Pullam cum civitatis in-
signis, in collo gerat; nec per totum diem,
sed certis tantum horis, circa meridiem
et vespeream, concessum est.

Anno 1590, mensis Junii XXVIII, qui-
dam ex Insulari Suburbio homo robustus,
ac optima corporis constitutione iuvenis,
quod, malo consortio assuetus, plurima
morte digna perpetraverat, suspendio erat
adiudicandus; verum, propter instantiam
incolarum eiusdem Suburbii, veniam impe-
travit hoc modo: Ductus ad supplicium the-
atrum, quod est in area pacis, a **locariis**
et carnifice omnia vidit in extremis solita

fieri, scabra patibulo stabat admota, laqueus
 confectus erat, ipse manibus ligatus aderat,
 ultimum carmen canebatur: tunc demum
 iuencula pubescentia XVIII. vel circa annorum,
 quas veniam ipsi impetraret, adstabat, florea
 sarta sponzarum more coronata. Haec eidem,
 post cantatum psalmum, certis conditionibus
 et admonitionibus praevius, publice a Ministro
 Ecclesiae, populi intercedentibus precibus, co-
 ram Vicario Ducis militaris, sub quo merue-
 rat ille, matrimonio iuncta fuit. Comediam
 hanc plausu inde finierunt lorarii.

Coestabat adhuc in suburbio Albano Geroni-
 teum, Heilig Kruis Gasthuis, templo tamen
 sublato, in quo erecta cum variis quotidie
 superstitionibus honorabatur; unde Promae-
 tori mandatum est, ut illam tolleret, quod
 et non sine ingenti partium invidia factum
 est. Restat adhuc ara, et haec quoque, mul-
 tis muliercularum deliramentis infecta,
 demoliri iussa; quod cum Arnoldus Zwen-
 derius Aedilis, superstitione veteri imbutus,
 recusaret facere, nihil tentatum est.

Super Roterdamo solvit fretum, in fal-
 lor, petiturus Magellanicum Olivarius,
 Ultraiectinus, homo diu perditis omnibus
 et fortuna, et piratarum faece; tandem

hospitium Clavis Rotodami condidit, et,
 quibusdam mercatoribus faventibus, qui in-
 ter pocula quotidie suas res distrabent,
 non nihil cum tempore pecuniarum collegit;
 inde ante paucos annos Indiam profecti,
 onem tentavit non infeliciter; quamvis
 non desint, qui, piratarum potius, quam
 mercatorum errore, illum hanc contecisse

Clavarius Ultrajectinus Zie van hem
 het genoteerde door mij van hem in
 het Trajectum eruditum. v. Wachendorff
 p. 253.

XXIII. Decembris 1740
 Urbis portae Catharinigenae, ad arcem
 captus ab auringis lupus vetulus, atque
 is Ordinibus nostris oblati, ut praemi-
 um constitutum caperent, est id xxx. flo-
 renorum, quantum et a loci incolis ibi
 captus, accipere deberent.

fieri, scilicet patibulo stabat adnata, laqueis
 confectus erat, ipse manibus ligatus aderat,
 ultimum carmen canebatur: tum demum
 iuencula pulchella XVIII. vel circa annorum,
 quas veniam ipsi impetraret, adstabat, florea
 terta sponsarum more coronata. Haec eidem
 usalmum, certis conditionibus

tis muliercularum deliramentis infecta,
 demoliri iussa; quod cum Arnoldus Zevens
 deius AEdilis, superstitione veteri imbutus,
 recusaret facere, nihil tentatum est.

Super Rotodamo solvit fretum, in fal-
 lor, petiturus magellanicum Olivarius,
 Ultraiectinus, homo diu perditis moribus
 et fortuna, ex piratarum faece; tandem

hospitium Clavis Rotterodami condidit, et, quibusdam mercatoribus faventibus, qui inter pocula quotidie suas res distrabere, non nihil cum tempore pecuniarum collegit; inde ante paucos annos Indiam profectus, onem tentavit non infeliciter; quamvis non desint, qui, piratarum potius, quam mercatorum errore, illum hanc confecisse navigationem existiment. Navem habet, omnibus ad vitam necessariis instructissimam, et bellicis instrumentis admodum onnitam, sumptibus partim propriis, partim aliorum mercatorum. Milites insuper habet et navitas, ad quodlibet audendum promptos, turban vibae prodigam, qui omnes vestibus ornatisissimi; ac ipse toga indutus ex holoserico purpurea, multo auro firmata, magni alicuius Principis effigiem mentiebatur.

XXIII. Decembris 1598, mane, in fossis urbis portae Catharinianae, ad arcem captus ab auringis lupus vetulus, atque is Ordinibus nostris oblatus, ut praemium conditutum caperent, est id xxx. florenorum, quantum et a loci incolis sibi captus, accipere deberent.

Paralipomena quaedam.

XII. mensis Aprilis anni 1591 cum amoris
 praeteriti recordarer (sc. Arn. Buchellius), et
 contemptus a me amor imprudentior et im-
 probior semper rediret, aliquo remedio animi
 aegritudinem lenire studui.

Sed quam difficile est fixum depellere amorem!

Quam durum est dominae non oxemisse meae!

Saepe ego tum faciles petii sine fraude puellas,

Et nostris iacuit Iana vel Anna sine.

Vel vino studium multo depellere curas,

Quaeis premit immeritum pulchra Mabusa caput.

At aliena meos auferunt gaudia liottis,

Omnia et in lacrimas haustus abiit humor.

Et Venus et Bacchus nullo solamine pungunt,

Nec potuere meum comminuisse malum.

Haec dum scriberem, succurrebat Tibulli

locus ad similes, quem adscribam, ut elegan-

tem, et meam exprimentem precibus mise-

riam:

Saepe ego tentavi curas depellere vino,

At dolor in lacrimas verberat omne mentem.

Saepe aliam tenui, sed iam cum gaudia adirem,

Admonuit Dominae, deseruitque Venus.

Mylisorem familia celebris olim et anno
 1570. LXX. per Regem Philippum Austriae

nobilitata, ut ex instrumento ipso collegi,
 ob merita Arnoldi Nijli, Consulis Amstera-
 dami, cui ex Alblaffia tres filii; sunt
 n. liberi Adrianus, Praeses Curiae Hollandiae,
 qui ex Neoburgica plures liberos reli-
 quit; Cornelium nempe van der Nijl, cui
 uxor Maria Barneveltia, filiam item nu-
 ptam Danieli Hartainio. Cornelius, arcia
 olim Goudanae Praefectus, cui nupta fuit
 Catharina, Joachimi Stopperi V. C. filia,
 sine liberis mortua, et inde Adriana van der
 Does, sterili quoque matrimonio, obiit ille
 Leidis anno 1605. Joannes, post fratrem
 Dominus van der Nijl, habuit uxorem,
 quae liberos ipsi peperit: hunc Antwerpiae
 et Bruxellis conveni, cum ad balnea Spa-
 dendia proficisceretur, anno 1590.

Ex domo Borselaria et Feilungia viri-
 lis stirpis nomine non extare, nisi ex
 orothis ortum, afferbat Bredervodius. Sunt
 tamen in Stollandia ex Feilungis, qui
 se legitima ex stirpe dicunt, quamvis, ini-
 quitate fortunae, ad plebem sunt detrusi.
 De quibus vid. Tab. Geneal. Ponti Steuteri.

Non procul a templo Gertrudiano, ut ab
aliis accepi tunc temporis (sc. anno 1579),
moenia lapidem antiquum monstrabant,
in scriptura nescio an Romana, qui deinde
vendebus creditus. Ego legi onebam, in in-
gressu in urbem Caroli V. in ponte arcis
Romanae positam, inscriptionibus his an-
tiquitatem simulantibus:

Fortiss. mil. V. et XVIII. Leg. quorum Opera fortiter
Vetere Castra Defensa sunt. *potu' a n d r i o n .*

item

Ossa V. et XVIII. Leg.

cum Quintilio Vero misere trucidatorum
iugum Germanici Imperat. huc conlata quiescunt.
Sed quam recte, ignoro; nec tantum mihi
iam est otii, ut discuti am. Vidi etiam haec
Epigrammata, inter vetera Poëtarum fra-
gmenta, Lutetiae et Lugduni excusa, a cot-
lectore quodam imperito collocata. Sic sae-
pe nova pro veteribus, et ficta pro veris
ab imperitis hominibus obtruduntur poste-
ritati, quae tandem, temporis praescripti,
one omnibus, antiquitatis fide venerantur.
Sic plurimae inscriptiones, etiam Roma-
nae, antiquum ius non bona fide aut ti-
tulo occuparunt a daeto, Jocundo, Pon-

tano, Annio, Cyriaco, effictae, et obtrusae
 admiratoribus vetustatis.

Aedes sunt in urbe, caeruleo ex lapide vivo,
 intra Palatinum et Bavarum pontes, quon-
 dam a Gerardo Caesareo, Jure vanden Keizer,
 conditae, et ab ^{eo} etiam nunc Keizerrijk appel-
 latae. Idem is instituit in templo Civico so-
 dalitium Trinitatis.

Mense Julio Dedicacionis feriae Traiecti
 celebrantur, ipso Magdalenae festo, vocatur quo-
 ea sollemnitas Carmisse, vulgari vocabulo, a
 Graeco forteam χαρμωβύη. Tunc Traiecti
 turrim Martinianam ascendendi omnibus
 licentia.

Tempore Ottonis Hollandi, xxxvi. Praesulis
 Traiectini, Florentius eius nominis quartus,
 Hollandiae Comes, patris et Traiectinorum
 precibus invitatus, aggerem fecit firmissimum
 et validissimum, ab Amerongen pago, ad op-
 pidum Schoonhaviam, contra Rheni et Leccae
 impetum et inundationem, sua pecunia, ea
 tamen condicione, ut Episcopi Succoeyores
 eius conservandae in perpetuum curam ge-
 rerent.

D. Gerardus Pellecussen vixit circa annum
1300, a qua familia porta in suburbio Lau-
wenrechtano nomen adhuc retinet, vocatur
que Pellecusspoort. ex M. S.

Mense Maio anni 1595, Forum Linbarium,
de Lijnmarkt, fuit restauratum, et Silicibus
stratum.

Finis.

(M. Possessor diarii M. S. Bucheliani,
inde haec descripta sunt, hodie est Do-
minus de Schonauwen, qui illud cum
plurimis aliis veteris aevi chartis, ad
urbem Athero. Traiectinam et dioecesim
spectantibus, suis in scrinio servat, quae
que olim fuerunt amplius Cornelii Booth,
Senatoris, dum viveret, Traiectini, au-
ctorisque brevis descriptio huius urbis
vernaculo sermone, quae astat ante
Tomum III. Placitorum Traiectinorum, a
quo sagacissimo patriarum antiquita-
tum indagatore tandem successione in-
te ad illustrem van der Capellen de Scho-
nauwen pervenerunt. - 1801. -)
Notandum porro, ea, quae ad marginem ad:

Scripta sunt, ab ipso quoque Bachelio esse,
paucis iis exceptis, quae diuibus incinulis
() inclusa sunt, vel etiam hisce []. cf. de
hoc Diario C. Saxe Onom. liberar. T. IV p. 167.

